

**Theologiæ Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et
Exercitiis Accommodatæ Libri IV**

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Caput III. De Sacramentorvm Virtvte Et Effectibvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

est pictus. sed melius resolvitur: *Latet pictura hominis.* Verum ut abstineamus a tricis Logicis, an possit resolvi in duas propositiones: certum est, & hoc mihi sufficit, meum conceptum, auditis illis vocibus, non ferri directe in verum hominem, sed tantum in obliquo, tanquam in terminum picturæ. Econtra si dices: *Ibi latet homo doctus*, meus conceptus ferretur in verum hominem, qui ex se est indifferens ad esse vel non esse doctum: & tunc illa propositione æquivaleret duabus, quarum prior posset esse vera, posterior falsa, nempe si ibi latet homo, qui non esset doctus: æquivaleret enim his: *ibi latet homo*, & *ille est doctus*, vocatürque hujusmodi propositione à Logicis: *de tertio adacente.* Hoc obseruato

554. Dicendum est, quod quando vox adjecta formæ Sacramentali, ita alienaret sensum & conceptum, ut significaret conceptum alterius omnino rei, quam sit illa, qua significatur per formam Sacramentalem, seclusâ illâ voce adjectâ, tunc nullum fieret Sacramentum: quia verba formæ non retinerent debitum sensum & significationem. Vnde vox Corpus, quando prædicitur de Corpore hominis, prout fit in hac propositione: *Hoc est corpus meum*: est aliquo modo æquivoca: si enim nihil adjiciatur, supponit pro corpore organico: si verò adjiciatur vox, aëreum, supponit pro aëre taliter condensato, ut exteriùs affimileetur corpori organico: ac proinde propositionis sensus esset: *hoc est aër à me instar corporis assumptus.* Ecce! per hanc propositionem non significatur verum Christi corpus, neque audientes conciperent illud corpus, quod defacto haber Christus: ergo per talen formam non fieret Sacramentum, quia sensus formæ est penitus alienatus.

Econtra, per hanc propositionem: *Hoc est corpus meum pro vobis submergendum, caput plenum &c.* Non alienaretur significatio vox: *Corpus*: sed adhuc generaret conceptionem ipsius corporis, quod Christus haberet, etiam in propositione, quatenus æquivaleret huic: quod pro vobis submergetur, sit falsa: vnde tal adjectio non impeditur Sacramenti confessio.

Confirmatur. Si quis baptizatur hoc formule: *Ego te baptizo hanc frigidam*, (ponamus aquam calidam) nemo, credo, in dubium vocatur rem talis Baptismi: atque non valeret, si in forma falsificaretur; ergo licet falsum sit aqua esse frigidam, manet tamen vera forma, quae consistit in verbis: *Ego te baptizo.* Partim manet verum: *hoc est corpus meum*; etiam sensum sit esse submergendum.

555. Quæres, vtrum valerer baptismus formâ collatus: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & B. Virginis. Ad hoc respondet S. Thomas diligenter: adjectio B. Virginis intelligatur, quod in auctoritate B. Virginis, sicut auctoritate SS. Trinitatis, non valet, si verò ita intelligatur, ut tantum dignificet invocationem B. Virginis, valeat tamen sine distinctione, absoluere respondere valere, quia in eadem periodo non potest in *Nomine*, habere duplum sensum, sed semper in eodem sensu accipendum est: cum ergo valorem baptismi requiratur, ut significet auctoritatem Sanctissimæ Trinitatis, que non est munis B. Virginis, jam falsificatur vox sua, quia significat auctoritatem chymericam.



CAPUT III.

DE SACRAMENTORVM VIRTUTE ET EFFECTIBVS.

CONTROVERSIA I.

An, & in quo sensu differat Gratia Sacramentalis à non Sacramentali.

556. **G**ratia Sacramentalis dicitur, qua conferuntur per Sacramentum, Gratia non Sacramentalis, qua conferuntur extra Sacramentum, per aetates meritorios. Illa prior dicitur conferri ex opere operato, posterior ex opere operantis. Pro quo discrimine intelligendo,

Supponendum est, fructus conduceantur ad salutem aeternam, duplicitas obtinendi posse, licet vel ex opere operantis, vel ex opere operato. Ex opere operantis tunc dicitur aliquando obtineri, quando fructus commensuratur operi secundum operis meritum, tanquam premium seu condignum seu congruum. Ex opere operato

dicitur obtinere effectus, quando datur ultra mensuram meriti nostri, ita quidem, ut in largitione talis effectus, non attendatur ratio meriti quā talis. Per hoc tamen non negatur, quod in adultis requiratur aliqua dispositio, facienda per actus supernaturales, Fidei, Spei &c. ut Catholicis affingit Lutherus, sed scilicet afferit, quod ultra illud quod intuitu talium actuum intervenientium datur in premium, detur aliquid amplius, intuitu Sacramenti, cum tali dispositione politi, prout magis declarabitur cum agemus de dispositionibus requisitis ad consequendum frumentum Sacramentorum.

557. Dicendum est 1. Singula Sacraenta cauillare Gratias Sacramentales, sibi quā tale Sacramentum in specie est, proprias ac specialiter respondentes. *S. Thomas q. 62. a. 2.* Colligitur hæc Veritas imprimis ex diversitate Sacramentorum, & ex fine hujus diversitatis. Videamus enim diversas res esse assumptas ad diversa Sacraenta, habentes diversum modum significandi Gratiam sanctificantem, nempe per modum Ablutionis, Conformatio[n]is, Nutritionis &c. attentâ naturali quadam proportione qua illis inest, in qua constitit Symbolizatio superius explicata, vi cuius significant speciale[m] effectu[m] spirituale[m].

Præterea ipsa Formæ Sacramentales significant aliquid diversitatem Gratiarum, ut patet, v. gr. ex forma Diaconatus, vbi dicitur: *Accipit Spiritum S. ad resistendum Diabolo & Tentationibus ejus.* & sic de alijs. Cum ergo diversa Sacraenta ad diversos fines & effectus ordinantur, & quidem tantum signa practica, debent hi effectus diversi esse diversa Gratia, ut patet ex definitione Sacraementi novæ Legis.

558. Quæstio est, in quonam hæc diversitas constitut, utrum in aliquo prædicato intrinseca & effinali, an in denominatione extrinseca, superaddita Gratia sanctificanti, seu gratum facienti.

Paludanus, Capreolus, & quidam alij docuerunt, pro diversitate Sacramentorum ultra Gratiam gratum facientem, infundi speciale[m] quendam habitum, ordinatum ad certos actus, ad quos obtinendos ordinatur talis species Sacramentorum, v. g. in Confirmatione infundi habitum supernaturale[m] productivum fortis Confessionis fidei, &c.

559. Dicendum tamen est 2. nullos hujusmodi speciales Habitus infundi virtute Sacramentorum. Probatur. Gratia Gratum faciens, etiam quæ extra Sacraenta confertur, est radix omnium habitum supernaturaliuum, sufficientiū ad quosvis hujusmodi actus elicendos: ergo superhuius est alij habitus ab his distincti. Pater Consequentia. Nam habitus supernaturales sunt

560. Dicendum 3. Gratia Sacramentalis à non Sacramentali nihil penitus differt, si consideretur præciliè quod substantiam seu essentiam suam, nempe in quantum est donum supernaturale per se infusum, permanens, & tribuens ius ad vitam æternam: adeoque est ejusdem rationis & speciei cum gratia quæ confertur extra Sacramentum, consideratæ præciliè illâ entitate, quæ infunditur animæ, & est ex se qualitas permanens. Brevissime dicuntur illæ Gratia non differre substantialiter. Probatur. Gratia Sacramentalis facit cum gratia non Sacramentali intentionem Gratia in ordine ad plures gradus Gloria: ergo est ejusdem rationis.

561. Dicendum 4. Tota differentia consistit in denominatione extrinseca: nempe, illa Gratia est Sacramentalis, quæ per Sacramentum est obtenta, & illa est non Sacramentalis, quæ est extra Sacramentum obtenta. Ratio, quia majori differentiæ non est opus, ut jam declarabitur. Itaq;

562. Objicies. De Gratia Sacramentali & non Sacramentali verificantur prædicata contradictoria: ergo inter se differunt etiam substantialiter. Probatur antecedens. Gratia Sacramentalis afferit Specialia quadam & abundantiora auxilia, in certa Materia, Gratia non Sacramentalis non afferit hujusmodi specialia auxilia: ergo &c. 52. Distinguo antecedens. Verificantur contradictoria fundata in prædicato intrinseco Entitati Gratia, nego, in aliquo extrinseco ipsi Entitati Gratia, concedo. Quando itaque dicitur, Gratiam Sacramentalem præbere Titulum & Jus, seu condignitatem speciale[m] ad specialia auxilia in tempore oportuno conferenda, hic Titulus & Jus non est quoddam intrinsecum prædicatum ipsi Entitati Gratia, sed est denominatio extrinseca, proveniens inde, quod hic gradus Gratia gratum facientis, provenierit à tali Sacramento, ordinato ex sua institutione ad tales effectus, & tali auxilia in specie obtinenda, cum alioquin Gratia non procedens à tali Sacramento, non nisi indeterminatè & generaliter ad auxilia sufficientia jus præberet.

563. Declaratur magis. Tametsi omnis Gratia gratum faciens, undeconque proveniat, sic ex intrinseca sua perfectione destructiva omnis peccati mortalis quod culpam, non tamen est destructiva totius reatus pœnæ correspondentis tali peccato: quatenus tamen Gratia est collata per Baptismum, qui ordinatus est ex sua institutione ad regenerationem spiritualem, extinguit non tantum reatum culpæ, sed etiam totus pœnæ. Item quia baptismus est janua Sacramentorum, Gratia pro ut per baptismum collata, specialiter secum afferit auxilia ad alia Sacraenta dignè recipienda suo tempore. Item Gratia ut collata per Sacramentum Pœnitentia, afferit fortiora auxilia ad efficacius detestanda & fugienda peccata.

Bbbb 2 commissaria,

commissa, & ad satisfaciendum pro illis, quia hoc Sacramentum ordinatur ad resurgentum à lapsu post baptismum commissio. Eucharistia, quia ordinatur ad vitam spiritualem conservandam & augendam, ideo Gratia per illam collata, præbet titulum ad specialia auxilia auctuum frequentiorum devotionis & charitatis, & sic de alijs.

564. Dices. Si Gratia sanctificans habet hanc exigentiam præcisæ per denominationem extrinsecam, sequitur, Gratiam ex se non magis conferre illa auxilia, quām si assumpturn ester lapis aut lignum: quia proveniret ex mero libero arbitrio Dei, quod etiam posset fieri cum lapide aut ligno. hoc autem videtur absurdè dici. &c. Negando sequelam & paritatem. Lapis enim & lignum nullam penitus habent exigentiam auxiliorum ordinariorum. Gratia verò de se exigit in genere auxilia ad resistendum cuivis tentationi, & ad bene operandum in quavis materia occurrente: Quapropter quando datur à Deo Gratia propter Sacramentum, datur ex speciali intentione talium auxiliiorum, in tali materia. Sicut, exempli gratiæ, filatio legitima tribuit filio jus ad hæreditatem paternam, saltem quoad legitimam. Quodsi Princeps facheret legem, vt primogenito ultra legitimam aliquid relinquendum esset, ratio filiationis vtique non se haberet merè impertinenter ad illud augmentum, quamvis jus ad illud augmentum esset accidens filiationi vt sic, posset enim hic ipse esse filius, & tamen non esse primogenitus.

565. Replicabis. Saltem excessus ille auxiliorum non provenit ab intrinseca proportione Gratiae: ergo saltem excessus non aliter debetur Gratiae, quām deberetur ligno, adeoque merè ad libitum. &c. Negando Antecedens. Gratia enim exigit dari auxilia talia & tanta, quantis aliquis dignus est. porrò, cùm quis possit esse dignus majoribus auxiliis, non tantum intrinsecè per gratiam, sed etiam extrinsecè per meritorum Christi applicationem, vt fit per Sacramentum, ideo Gratia habet etiam intrinsecam proportionem cum talibus auxiliis.

CONTROVERSIA II.

Vtrum repugnet, Gratiam sanctificantem cauſari à Sacramentis influxu physico per Potentiam Obedientialem.

566. De modo cauſandi Gratiam, est celebris controversia, vtrum nimurum Sacramenta cauſent Gratiam influxu effectivo Physico, an solū Morali. Aliqui existimant, influxum moralem non sufficere ad defendendam excellentiam Sacramentorum novæ legis supra antiqua Sacra menta, & etiam ex alijs capitibus rejiciunt, & astruunt influxum physicum: pro quo supponunt, dari in creaturis potentiam obedientialem acti vam. Alij existimant, hanc potentiam obedien-

tiale repugnare, & vel ex hoc fundamento tantum sufficienter probari, quid Sacramenta tantum moraliter influant. Alij, desique docent, quid etiam concedatur potentia obedientialis ex alijs tamen capitibus non sū Sacramenta buendus influxus physicus, sed tantum moralis. Primo ergo videndum est, an potentia obedientialis repugnet, & an ex hoc capite negandus in Sacramentis influxus physicus.

567. Conveniunt Catholicæ DD. priu quid detur Potentia obedientialis passiva, clevabilis ad recipiendam & sustentandam aliquem humanum in genere cauſa materialis, non produc talem per cauſas naturales, sed tantum per causam supernaturalem. Probatur ex Mysterio Incarnationis. Humanitas enim Christi elevata & sustentanda Unionem hypothaticam, que efficiatur naturalis: deinde anima hominis, & subtilitas Angelorum, recipit & sustentat Gratiam, characterem, aliósque habitus supernaturales.

568. Conveniunt 2. Quid detur enim aliqua Potentia obedientialis activa. Datur enim in anima rationali & Angelis potentia obedientialis ad elicendos per elevationem actus instrumentales, qui cùm sint vitales, debet immensè influere ipsum principium vitale, vt haberet recipi fina sententia in nostris scholis, quam cum amplectentur plures Thomistæ, scilicet Ordinatio.

569. Controversum est, vtrum detur Potentia Obedientialis Universalis in omnibus creaturis, ita vt possit elevari ad quolibet prodendum, saltem quod educibile est exponens passiva, & vbi non est specialis repugnatio: nam vrum Creatura possit elevari ad credendum, & specialis difficultas, hoc non pertinet: ut p. quæritur, an Corpus Christi existens in Eucharistia, possit elevari ad educendam Gratiam finitam ex anima.

Prima sententia negat. Ita Vasquez, Reguera, Conink, Alarcon, Gaspar Hurtadus, Petrus Pallavicinus, Esparza.

Secunda affirmat. Ita imprimis S. Thomas, in 4. dist. 8. q. 2. a. 3, ad 4. vbi distinguuntur potentiam passivam ab activa, vtramque admittit his verbis. [Sicut creatura inest obedientia potentia, vt in ea fiat quidquid creator disponit, ita etiam, vt ea mediante fiat, quæ est ratio instrumenti.] Loquitur autem ibi S. Thomas de Transubstantiatione facienda per verbo Confirmationis. S. Thomam sequuntur Thomistæ communiter omnes. Ex nostris vero tenent Suarez, Melilla, Valentia, Albertinus, Ruiz, Arribal, Giraudus, Propositus, Tannerus, Henricus, Remnus, Ripalda, Petrus Hurtadus, Lugo, Arroyo, Comptonus. Ego, re diu considerata, feci relectis omnibus, quæ RR. ingeniosè pro negativa sententia ex cogitârunt (quorum rursusque relictis aliorum fundamentis nova substantia non potuit tamen, etiæ maximè vellem, animus inflectere vt illis assentiret.

570. DICO 3. Haec tenus non appetet re-pugnacia hujus Potentiae Obedientialis, & insu-per potest positivis argumentis admodum proba-biliter funderi. Prima pars Conclusionis solu-tione argumentorum, altera pars deinceps per plures paragraphos probabitur. Conclusio ha-bet pro se magnum pondus ex S. Augustino lib. 3. de Trinit. c. 8. & 9. vbi hanc potentiam obedien-tialem vocat occultum semen Dei. Deinde de Genesi ad litt. sapientia docet, creaturas esse habi-tiles per causales rationes non solum ad effectus na-turales, sed etiam admirabiles & miraculosos, & lib. 9. de Gen. dicit, Potentiam hanc esse incom-pletam, fieri tamen completam per applica-tionem Dei. Nunc pro ea argumenta afferamus.

§. I.

Primum argumentum desumptum ex virtu-te inchoata ad gradum entis.

571. Argumentum ergo 1. Ad omnem illum ef-fectum potest elevari creatura, ad quem pro-ducent habet virtutem inchoatam: sed om-nis creatura, saltem naturaliter activa, habet virtutem inchoatam ad quidvis aliud producen-dum, nisi specialis repugnacia obstat: ergo da-tur potentia obedientialis activa, qualem afferi-mus. Dixi: nisi specialis repugnacia obstat: huicmodi repugnacia est, ob quam nulla res potest seipsum producere: hoc enim non prove-nit ex defectu potentiae obedientialis, quia re-pugnatio potentia quacunque, alioquin maximè con-naturalis & proportionata. Majorem argu-mentum concedunt adversarij. Quia si hoc suf-ficeret, nulla daretur penitus potentia obedien-tialis activa, ne quidem ad actus supernaturales. Minor probatur. Virtus inchoata, in qua con-sitit potentia obedientialis, non est aliud, quam quadam proportio inter effectum & causam, sive inter effectum quem tale agens potest naturaliter producere, & inter effectum ad quem potest ele-vari, atque inter creaturas est haec proportio: con-veniunt enim in hoc, quod utrumque sit ens fini-tum, ens producibile: haec autem videtur omni-no sufficere, vt virtus dicatur ad talem effectum esse inchoata, sicut secundum adversarios suffi-cit, quod voluntio & intellectio naturalis & super-naturalis convenient in ratione voluntis & in-tellectionis, ad hoc, vt non sit intellectus & volun-tas dicatur habere virtutem inchoatam ad intellectio-nem & voluntatem supernaturalem. Pro-bo minorem, & paritatem. Proportio inter potientiam intellectivam & cognitionem naturali-lem ex una parte, cum cognitione supernaturali ex altera parte, haec est, quod cognitione naturalis & supernaturalis convenient in praedicto generi-co cognitionis, & vitalitatis intentionalis: atqui effectus naturaliter producibilis a corpore Christi v. g. calor, habet etiam ejusmodi proportionem cum qualitate supernaturali, v. g. cum Gratia

sanctificante, quia calor & Gratia conveniunt in praedicto generico Qualitatis, accidentis, educi-bilis &c. ergo sicut illa prior proportio sufficit, ut intellectus dicatur habere virtutem inchoatam, & sit elevabilis ad producendum actum super-na-turale, ita sufficit posterior.

572. Ad hoc argumentum ita respondent adversarij, vt plane suspectos se reddant, quod nisi fide cogerentur admittere potentiam obedientia-lem ad actus supernaturales, stando in rationibus naturalibus, negarent etiam illam: in quo quidem non habeo quod reprehendam: mihi tamen fa-tis est, quod illa veritate fidei supposita, per con-sequentiam doctrinae sit facienda extensio ad ul-te-riorem potentiam obedientialem.

573. Respondent ergo primi: non quam-cunque proportionem, & in quoconque gradu remoto, sufficere, sed requiri proportionem in proximiore gradu. Sic nempe lubet divinare. Contra virgo 1. si semel concedendum est, posse creaturam elevari ad producendum unum gra-dum & formalitatem sibi improportionatam, hoc est, vires naturales excedentem, non appetet amplius repugnacia, cur non ad ulteriorem & remotiorem gradum & formalitatem possit elevari. Contra 2. & pero ab adversariis, quanta propin-quitatis debet esse gradus ille proportionis, vt possit caulla improportionata ad ulteriorem gra-dum producendum elevari? Non quidem debet esse constitutus in specie infima, vt per se patet, iam enim nulla restaret impropositio, & certum est, actum naturale & supernaturale in hoc ipso praedicato differre specie: ergo sufficit propor-tio in gradu generico, nempe quod convenient in genere cognitionis humanae ut sic. Quaro ul-terius, utrum hic gradus genericus deberet esse gen-eris infimus, sed neque hoc dici potest: Nam in-tellectio humana ut sic, non est genus infimum, quia Intellectio humana naturalis ut sic, est etiam genus, sicut etiam Intellectio supernaturalis est ge-nus, & quidem etiam non sunt genera infima, sed valde subalterna, utpote continentia sub se iterum plura genera cognitionum, v. g. Genus appre-hensionis, entitatis, affirmationis, negationis, ob-scura, evidens &c. quae etiam sunt genera subalterna. Ergo adversarij nullum plane gra-dum determinare possunt: ergo manifeste gratis singunt unum sufficere, alium non sufficere. Præterea propinquier gradus genericus est, in quo conueniunt Equus & Leo, quam sit gradus, in quo conueniunt cognitione naturalis & supernaturalis, ut manifestum est. ergo equus, qui est produc-tus alterius equi, erit sufficenter proportionatus (jure propinquitatis) vt eleveretur ad producendum leonem, quod tamen negant adversarij fieri posse: ergo proportio non requirit certam pro-pinquitatem.

574. Responderi posset 2. Requiri talem proportionem, vt effectus exigat produci a tali causa. Porro, omnes cognitiones supernaturales exigunt produci a principio naturali vitali, non

Bbb 3

item

item Leo exigit produci ab equo. Verum hæc responso reddit pro ratione disparitatis, quod est in questione. Quod enim possit causa elevari ad effectum exigentem produci ab illa, est propositione nimis quam evidens ex terminis. Quælio autem præfens est, virum possit duo connecti per actionem tanquam causa cum effectu, quorum neutrum exigit tali modo connecti, sicut Humanitas Christi & Verbum connectuntur per unionem hypostaticam, quorum neutrum exigit connecti cum altero per unionem. Brevius. Quæritur, cur non possit dari actio produciva Gratia, exigens procedere à corpore Christi, licet corpus Christi, non exigit illam actionem, nec gratia exigit procedere per talem actionem?

575. Confirmatur. Hæc consequentia non est bona: [Intellectio naturalis exigit procedere ab anima, agente tanquam causa naturali: ergo anima non potest virtute naturali producere illum effectum, nisi qui exigit procedere ab illa:] Pone enim anima producere impulsum in lapide, qui non exigit procedere ab anima, sed possit etiam ab alia causa procedere: ergo nec hæc consequentia est bona. Intellectio supernaturalis exigit procedere ab intellectu seu anima, adjuta principio supernaturali: ergo intellectus seu anima non potest producere illum effectum per elevationem, nisi qui exigit procedere ab illa. Quodsi mihi respondeant, fidem non cogere nisi ad admittendum illum obedientiale effectum, qui exigit produci à principio vitali, jam fatentur, quod nisi fide cogerentur, nec illum effectum admirerent: hoc autem non est ostendere repugnantiam, sed ad summum est ostendere, quod non sit tanta necessitas extrinseca admittendi hanc universalem potentiam obedientiale, quanta est admittendi illum restrictam, quod ultra damus. Hæc enim argumentum commune, quo videntur autores nostræ sententia. Deinceps afferam argumenta deducta ex quibusdam principijs, quibus videntur ipsi metu adversari, tum hinc tum alibi, & sic ad hominem saltem vim habebunt.

§. II.

Argumentum secundum, deductum ex Miraculis quibusdam.

576. Argumentum 2. Christus Jo. 9. ex terra & sputo fecit lutum, tanquam aliquid maximè adversum visui, & linivit super oculos caeci, sicque visum restituit. Item Eliseus propheta immisso in amaras aquas sale, dulces ac potabiles reddidit. 4. Reg. 2. cum alioquin sal debuisset angere amaritudinem. Ibidem cap. 6. injecto in fluvium ligno, fecit ut securis in flumen delapfa enaret. Ex quibus exemplis colligunt interpres Scripturæ, Deum in patrandis miraculis solere adhibere res maximè contrarias illis effectibus ad quos producendos adhibet, ad ostendendam scilicet potentiam suam.

577. Card. Pallavicinus agnoscit his exemplis evinci, quod Deus non merè ad præsentiam harum rerum solus effectum produxerit, alioquin Deus illusaret videntibus, dum veller videntur hujusmodi rebus, tanquam instrumentis ad producendos effectus miraculosos, ad quos tam recipia nihil pertinerent. Ex quo fundamentum solet rejici sententia Gabrielis, aliterem, in omnibus productionibus solum Deum agere ad præsentiam rerum quæ vocantur Causa, hoc posito infero: ergo illi effectus producuntur per potentiam obedientiale lutu, falso, ligno.

Respondet Card. Pallavicinus, videntur in quolibet corpore, præsertim mixto, effigie quam vim, quæ saltem partialiter possit producere ad omnem effectum corporum, per productionem vel primarum qualitatum, vel alterius qualitatis occulta, vel per impulsus locales, vel qualis simile. Deus autem potuit supplerre alteram partem virtutis necessariæ, idque vel per concordan suæ potentiarum, vel per aliquam qualitatem quam rebus impressam.

578. Hæc tamen responso mihi non satisfacit. Nam, ut nihil dicam, quod ligno ratione partialiæ virtutem magneticam trahendi ferum, & sic de ceteris, & quod Deus ad hæc minima perpetrandæ non potuisset assumere partem elementum terræ aut aquæ &c. his inquam diffundatis & transmissis, non salvatur tamen hæc ratione, quomodo Deus non illusaret spectatores, perinde sicut illudetur histrio, qui foris simillimum ponderosissimum saxum sursum trahi à debilissimo puerulo, occulte autem vir robustissimum saxum tolleret, puerulo non nisi levissime concrerente. Itaque spectatores illorum miraculorum inducti sunt ad judicandum & admirandum miraculum, quod Deus rebus adeo contraria posse ad quidvis efficiendum: ergo si illi illum non est, sed rectè judicarunt, necessario discordum est, non exiguum aliquam latencem omnium virtutis naturali concurrerisse, sed ratione communis posuisse ut instrumentum assumptum.

§. III.

Argumentum tertium, deductum ex ratione divina.

579. Argumentum tertium, ex principio quo Pallavicinus vtitur ad probandum potentiam obedientiale passim: & est hujusmodi. Ne Deo, nec creaturis est tribuendum aliquid predicatum, de quo dubitamus, utrum deum necessari si sit tale, ut ad perfectionem Dei pertineat illud dari; quo posito infert Pallavicinus impunitum. 194. Dati potentiam obedientiale passim.

Pertinet enim ad perfectionem Dei, ut quod possit rebus dare aliquid melius per favorem, quam illis conveniat per Naturam. Infinita Sacramentis à Deo imprimi aliquam qualitatem supernaturalem, non quæ producatur (hoc enim plures dixerunt) sed quæ exigit à Deo Gratian

producere in subiecto. Hinc ego pro potentia obedienciali activa sic argumentor. Si ad perfectionem Dei pertinet, posse per favorem Sacramentis supra naturam eorum imprimi qualitatem exigitem productionem Gratiae; & hoc ideo, quia hanc qualitatem habere, est melius, quam quod illis convenit per naturam, tunc etiam, & multò magis pertinebit ad perfectionem Dei, posse per concursum extrinsecum elevere ad agendum. Nam sicut *Agere est perfectius*, quam praeceps exigere ut ab alio agatur, ita cedet ad maiorem commendationem Sacramentorum, si ipsa agant.

§. IV.

Argumentum 4. *desumptum ex Dominio Dei.*

§80. Argumentor 4. Ex eodem contra eundem Autorem. Ad perfectionem Dei pertinet, ut in creaturis appareat haec perfectio Dei: *Dominari in aliud, & posse liberè vii alijs rebus ad suum placitum.* Sed si ponatur potentia obediencialis activa, jam optimè in creaturis appareat haec perfectio Dei, & ex communī sensu fidelium Deus in eo miraculorum genere, de quo sermo fuit in secundo argomento, censetur hanc perfectionem vel maximè velle manifestare; & econtra si potentia obediencialis activa non ponatur; non ita appareat: ergo potius est ponenda quam non ponenda. Major est Pallavicini n. 178. Minor quod primum membrum est clara, quoad secundum membrum, probatur: quia secundum Pallavicinum debet Deus semper attendere ad aliquam latenter virtutem naturalem, quia esset connaturalis causa partialis: imo ad effectus spirituales non vitales nullā creaturā posset vii Deus: ergo non posset creaturis vii pro libitu, sed cum maxima restrictione.

§. V.

Argumentum 5. *desumptum ex manifestatione specialis perfectionis divinae.*

§81. Argumentor iterum ex eodem auctore contra eundem. Illa perfectio recte tribuitur creaturis, qua servit ad manifestandum aliud quod prædicatum Dei, quod alioquin non apparet, ut docet Pallavic. n. 179. indéquè deducit, congnitum fuisse, ut darentur creaturæ activæ, qua non essent cognoscitivæ, sic enim reluet illa divina perfectio: posse benefacere alteri sine illa acquisitione felicitatis propriæ, sed omnem effectuem ordinari ad felicitatem alterius. Subsumo, atque potentia obediencialis activa servit ad manifestandum prædicatum in Deo, quod cæteroquin non apparet in creaturis: ergo datur. Minorem probo. In Deo est perfectio maxima, posse simul & semel facere contraria, nec esse alligatum vni contrariorum: atqui hoc prædicatum in nul-

la potentia naturali creaturarum appareret, bene autem appareat in potentia obedienciali activa, quatenus assumi potest à Deo ad opposita, id quod eleganter expressit Rex Salomon Sap. 16. dicens: [*Creatura enim tibi factori deserviens exardecit in tormentum aduersus injustos, & lenior fit ad benefaciendum illis qui in te confidunt.*]

Quin imo Potentia obediencialis ostendit illam divinam perfectionem, qua est: posse alteri Benefacere non attendendo ullum suum commodum. Hanc perfectionem non manifestant agentia non intellectiva, v. g. ignis, ut putabat Pallavic. nam ille producendo alium ignem, maximè intendit commodum suum, nempe conservationem speciei, imo & defensionem sui individui, & sic de alijs. Potentia Obedientialis vero hujusmodi commodum non intendit. Invenitur ergo manifestatio Perfectionis divina in Potentia obedienciali, quam Pallavicinus alibi quasivit, & non invenit.

§. VI.

Solvuntur Objectiones.

§82. Objicit Pallavicinus 1. Id quod, si existeret, esset amabile tantum in ratione Medijs, toties existeret frustra, quories daretur aliud Medium indefectibile, ab eo distinctum, & æquè efficax in ordine ad eundem planè finem: ex: gratia, si ego haberem calatum inamissibilem & optimum, frustra esset mihi, habere duos calamos in ordine ad hunc finem, qui est: *me scribere.* sed haec potentia obediencialis activa esset hujusmodi: ergo esset frustra. Minor probatur. Nam tota bonitas hujus potentiaz esset in ratione Medijs, ad hoc nempe, ut Deus posset ponere talen effectum, v. g. producere gratiam in suscipiente Sacramentum; sed Deus in ordine ad hoc habet suam omnipotentiam indefectibilem & efficacissimam: ergo haec virtus obediencialis esset in creaturis tale Medium, quale descriptum est in majore propositione primi Syllogismi. Major vltimi Syllogismi probatur. Nam tota utilitas actionis & potentiaz activæ, præscindendo ab hoc quod est, dari effectum, constituit vel in hoc, quod per actionem agens perficiatur primo & per se, sicut contingit in operationibus vitalibus, & de his non est præsens quaestio; vel in hoc, quod per varias actiones creaturarum eluceat in causis varia participatio entitativa perfectionis divinae, & hoc bonum non haberetur in illa virtute obedienciali, quippe communī omnibus rebus, ac proinde non indicante specialem naturam & perfectionem: ergo haec potentia respectu Dei esset purum Medium in ordine ad ponendum effectum. Ita ille.

§83. 2. Transeat major, nego minorem: ad cuius probationem transeat iterum major, nego minorem, ex dupli capite. Primo, quia jam ostendimus in quinto argomento, hanc potentiam obediencialem servire ad manifestandam specialem

specialem perfectionem Dei, non minus quam alia predicata creaturarum qua Pallavicinus admittit. Neque obstat, quod haec potentia sit transcendens & generalis, hinc enim male inferit Pallavicinus, quod non indicet specialem perfectionem Dei. *Aliud enim est, non indicare specialem; & aliud: non indicare specialiter.* in quo aequivocat, sumens unum pro alio, cum sint diversa. sic hoc predicatum Dei: esse ens primum & independens, cognoscitur ex generali predicato, transcendentem omnes creaturas. Item potentia obedientialis passiva est generalis ex mente Pallavicini, & tamen, ut ex ipso retulimus §. 5, servit ad indicandam specialem perfectionem Dei.

584. Secundum, negatur iterum minor. Nam etiam si potentia obedientialis nullam specialem perfectionem Dei ostenderet, non propterea haberet puram rationem Medij, realiter loquendo. Ratio est, quia potentia obedientialis non consistit in aliquo predicato realiter distincto a ceteris essentialibus praedicatis creaturarum activarum, sed illa transcedit, & cum illis identificatur: ergo si cetera predicata habent aliam utilitatem prater puram rationem Medij ad faciendum effectum, jam etiam realiter loquendo hanc ipsam utilitatem habet potentia obedientialis. Neque est necesse, ut eam habeat ut formaliter distincta (si tamen distinguuntur) a ceteris predicatis, quia provenit ex necessitate materiae, ut philosophi loquuntur. Potest ergo minor distinguui. Haberet puram rationem Medij, si asserteretur esse distincta ab omni virtute naturaliter activa, transeat, secus, negatur.

585. Objicit Pallavicinus 2. De conceptu omnis causae, tam principalis quam instrumentalis, est, eò perfectiorem ipsam judicari, quod concurrit ad perfectiores effectus: ergo si daretur Potentia obedientialis activa, cresceret perfectio cuiuslibet creaturae, cum quadam illimitatione, per ordinem ad perfectiores effectus, quos posset producere sine termino. n. 1. Hoc Argumentum omnibus esse solendum in elevabilitate intellectus ad perfectiorem & perfectiorem cognitionem, hoc est ad cognitionem seu visionem perfectiorum & perfectiorum creaturarum in Deo fine & termino: quounque modo hanc illimitationem explicaverit Pallavicinus, & conciliaverit cum limitatione perfectionis intellectus, eadem ratione nos conciliabimus. n. 2. Distinguendo antecedens: loquendo de causa naturali quae tali, hoc est, considerata in ordine ad terminum, quem non exigit producere, sed praeterea non repugnat, nego, vel subdistinguo tam antecedens quam consequens: cresceret perfectio illius secundum id quod importat in recto, nego, secundum id quod importat in obliquo, concedo. Hoc enim aliud non est, quam ipsissima Omnipotentia Dei, & haec est infinita & ilimitata, & ab hac denominatur creatura formaliter & absolute elevabilis.

586. Objicit Pallavicinus 3. De rebus omnibus effectus est, esse aliquo modo indicat, & ideo effectus excitat curiositatem, & desiderium inveniendi ipsum C. V. quod astat simili aliquam viam ad ejusmodi inventum, & haec curiositatem multo magis causat effectus supernaturales: ergo debent perdere causas quam aliquo modo possunt indicare per specialem proportionem cum illa, que secundum proportionem nulla est in effectu potest ostendit.

Hoc argumentum imprimis ipsi Pallavicini specialiter, deinde omnibus alijs solvendum, & quidem facilem habet solutionem. Solendum est, inquam, in specie Pallavicino: non enim ipse, ut supra retul. Deum effectu immere Sacramenta qualitatem Supereminentem, quae physice exigat infusionem Gratiae; dominum Gratiam sanctificans secundum se non cupit infundi cum presuppositione & ad exigentiam qualitatis: porro, haec qualitas secundum Pallavicinum, est causa physica, non quidem physice producens Gratiam, sed physice ergo, ut ipse loquitur: & tamen haec qualitas non induitur a Gratia sanctificante tanquam suo effectu, quis enim haec tenus istam qualitatem ex nomine Gratiae deprehendit vel suspicatur ei? Deinde omnibus solvendum est argumentum, omnes concedunt, quod Deus possit omnino supplere concursum causae naturalis: quoque falla est propositio Pallavicini, quod intellectus indicet illam causam a qua procedit. ergo, effectum esse quidem indicat, non causam a qua connaturali via petit procedere, verum, hujus causam tantum est indicare in tacita conditione: *Nisi Miraculus factum sit.* itaque solum indicat hoc praeceptum. Effectus hic & non positus connaturaliter procedere, quidquid sit an defacto procedere: v. g. actus fidei connaturaliter procedere ab habitu fidei, & tamen quando habet ad fidem convertitur, non procedit ab Habitudo fidei. Pari modo cum Gratia sanctificans naturaliter perat procedere a solo Deo, si ut elevaret Corpus Christi ad illam producendum non deberet Gratia hanc causam elevare inde, quia non est causa illius connaturalis. Et hoc sunt argumenta a Card. Pall. objicit.

587. P. Martinus Esparta reliquias arguit Pallavicini, sic objicit. Deus & Naturae illa faciunt frusta: ergo nulla datur Activitas in omnibus creatis, quae non possit naturaliter reduci ad actum secundum in aliquo sui effectu: sicut talis Activitatem fecisset Naturae, cum tamquam Naturam seu naturaliter non posset reduci ad nullum actum. Hoc supposito subsumit, quod talis esset activitas defacto existens, si datur intentio obedientialis productiva cuiuslibet secundum rationem specificam. Manifestum namque est, nullam causam creatam existere defactum.

cujus propria virtus activa possit connaturaliter exerceri & reduci in actum secundum circa quaslibet species effectuum. Experiens enim constat, vnamquam caussam habere ex sua natura Sphaera determinatam activitatem, ultra quam connaturaliter progredi non possit. Neque dici potest, rationem differentialem specificam cuiusvis ex his effectibus, in ratione differentiali specifica cuiusvis alterius vllatenus contineri, cum sint adaequatæ inter se diverse. Quare exercit activitate alicuius caussæ circa rationem specificam alicuius sui effectus connaturalis, non propterea vel etiam æquivalenter redigeretur in actum secundum activitas ejusdem circa quosvis alios indiscriminatum effectus, secundum rationem specificam eorum.] Ita ille. Posset, nisi fallor, terminis clarioribus totus objectionis nervus ita proponi. Si daretur Potentia Obedientialis activa vnliversalis, deberet illa habere activitatem respectu differentiæ specificæ adaequatæ distinctæ ab illa, quam talis entitas naturaliter potest producere. Sed hoc est falsum: nam alia differentiæ, vtpote simplices & indivisibles, non continent vlo modo æquivalenter in illa differentia naturaliter producibili à tali entitate, v.g. differentia lapidis vel leonis specifica, non continetur in differentia frigoris, quod potest aqua naturaliter caussare: multò minùs differentia Gratiae sanctificantis in illa continetur: ergo datur potest Obedientialis in aqua baptismali ad producendam gratiam, ejusque differentiam specificam, respectu hujus differentiæ esset activitas, qua naturaliter nunquam posset reduci in actum secundum: ergo esset frustra: ergo nesciatur nec dari potest à natura: directum autem à natura si existeret, quia quidquid habet entitas aquæ, habet à natura, vtpote Ens totaliter naturale.

588. n. 1. Rerorquendo totum argumentum dupliceret. & quidem primò ex Potentia Obedientiali passiva, inter quam & activam fatur Esperanza esse quod hoc punctum omnimodum paritatem. Si discursus adversarij legitimè concluderet, pariter probari posset, quod Humanitas Christi non sustentaret Unionem Hypostaticam, nec anima rationalis aut Angeli Gratiam sanctificantem: virumque est falsum. Sequela probatur. Quia talis potentia Obedientialis passiva esset fructu: nec enim possit vnamquam naturaliter redigi in actum secundum respectu differentiæ specificæ Unionis hypostatica & Gratiae, vtpote quæ secundum hunc auctorem sunt simplices, & non continentur æquivalenter in differentiis illarum formarum, quas Humanitas potest Naturaliter sustentare.

Rerorqueto 2. In potentia Obedientiali intellectiva & volitiva. Hæc enim elevatur ad producendum actum intellectuali supernaturalem, & tamen differentia specifica actus supernaturalis non continetur æquivalenter in actibus intellectualibus Naturalibus: ergo talis potentia

obedientialis esset frustra, quia nunquam naturaliter redigeretur in actum respectu differentiæ supernaturalis.

589. Conatur Adversarius ad hoc respondere negando paritatem. [Ratio enim, inquit, specifica ultima actuum supernaturalium coalescit ex duabus differentijs non subalternis invicem. Vitalitas namque propria Visionis beate, est ipsi communis cum omnibus actibus naturalibus, quibus supernaturalitas non est communis. Supernaturalitas vero propria ejusdem visionis, est eidem communis cum habitibus supernaturalibus, & cum vniione hypostatica, quibus non est communis vitalitas, ac proinde neutra formalitas est subordinata alteri, sed utrilibet respectu alterius se habet disparatè secundum se. Idem evenit in ceteris omnibus formalitatibus specificis, tam Visionis Dei, quam ceterorum actuum supernaturalium, nulla enim in eis reperiatur formalitas indivisibilis, que se solâ sit tota ratio differentialis, quæque sit metaphysicæ subordinata ceteris omnibus cuiusque actus prædicatis, sicut rationale subordinatur Animali, & Animal Videnti. &c.

590. Hæc responsio non satisfacit. Imprimis supponitur in ea aliquid aperte falsum, nempe quod differentia specifica Visionis Dei, sit composta adaequatè ex his duabus formalitatibus, vitalitate & supernaturalitate. hoc, inquam, est falsum. Nam ambæ ha formalitates reperiuntur in actu fidei, & omnibus actibus supernaturalibus voluntatis, qui non sunt Visio Dei. Ergo est aliud vterius prædicatum assignandum pro differentia Visionis Dei. Nimis, differentia Visionis Dei est: quod sit actus intuitivus Dei. Quia vero cognitio quæ Deus seipsum cognoscit, est etiam actus intuitivus Dei, ideo dicendum, quod differentia Visionis creata sit composta ex prædicato seu formalitate *Creatura*, & *Intuitionis Dei*. & hinc concedo, quod noster intellectus posuit aliquam formalitatem differentiæ Visionis Dei per virtutem naturalem producere, nempe formalitatem *Creatura*, quæ continetur etiam in effectu naturaliter producibili ab intellectu creato. Hinc jam vterius ostenditur, quod vnaquaque creatura activa, possit in quacunque creaturarum specie, ejusque differentia, aliquod prædicatum seu formalitatem producere. Nam omnis differentia specifica creatura, debet necessariè formaliter includere conceptum & formalitatem *Creatura*: omnia enim reliqua prædicata ab hoc præcisa, non sunt adhuc adaequata differentia illius speciei, quia nondum faciunt eam differre ab omni alio specie distincto, nempe non faciunt differre à Deo: atqui differentia adaequata debet esse talis, quæ faciat differre ab omni alio: ergo formalitas *Creatura*, debet in omni differentia specifica creatæ includi. Cum ergo ex concessione Adversarij tunc detur potentia Obedientialis activa ad producendam aliam speciem naturaliter non producibilem, quando in differentia illius

CONTROVERSIA III.

Vtrum Sacraenta caußent Gratiam physice, vel tantum moraliter.

594. **V**Idimus, Potentiam obedientialem pribiliter non deesse ad caußandam physice Gratiam. Inquirimus jam, an de facto Deum illam eleverit, vel an alio sensu dicantur Sacraenta caußare Gratiam. In quo puncto quatuor sententias.

595. Prima sententia est, Sacraenta caußare physice gratiam, non per meram extrinsecum elevationem, sed per aliquam intrinsecam qualitatem transeuntem, supernaturalem, habentem naturalem proportionem cum Gratia, tanquam cum effectu, cuius sit cauſa Instrumentalis, tamen ut cum illa qualitate etiam immediate influat Entitas Sacraenti, sicut cum Lumine filia influit intellectus in Visionem Dei, vel cum habitu in actum fidei. Ita P. Dicaius lib. 2. dub. 6. n. 214. citans Paludanum Capellen, Ferratiensem, Alensem. Card. de Lugo certe, quod si Sacraenta physice influerent, (quod ipse negat) hac sententia tenenda esset.

596. Secunda sententia est Card. Pillonci lib. 6. c. 16. à n. 215. desumpta ex Mandatipis P. Antonij Perez; in Sacraentis efficiuntur plus caußalitatis, quam habeat cauſa pura mortalitatis aut mera conditio, minus autem quam habeat cauſa physice influens. Pro cuius declaratione adverbit, in ijs qua physice determinantur existendum, esse triplicem gradum: alia influunt in existentiam illius rei; alia per suam perfectiōē exigunt illam, sed non influunt: alia neque influunt neque exigunt, sed sunt id quo potest aliquid aliud influere, aut exigere, ut sunt coadiutores. Ad secundum genus pertinent Cauffphysica minus propriæ, v. g. Pater respectu amicorum filij, Gratia respectu habituum supernaturalium & auxiliorum. Vult itaque Pallavicinus, Sacraenta pertinere ad hoc genus causæ, neque Sacraentis imprimi supernaturalitatem, relativam ad præteritam promissionem Dei, & ratione hujus exigere physice & metaphysice. Gratiam produci à divina omnipotenti, eamque determinare ad ipsius Gratia collationem. Hanc qualitatem vult Auctor esse in omnibus partibus Sacraenti, vult item existere in sc̄ibis metitoris, in Humanitate & Passione Christi, quinlibet in Sacramento valido & informi, quibus omnes a Scriptura & Conciliis tribuunt efficaciam nostræ justificationis. Denique assert, Sacraenta ideo esse instrumenta Dei, quia per ea Deum determinat suam omnipotentiam ad producendum Gratia in bonum non ipsorum Sacraentum, sed alterius.

597. Tertia sententia est, Sacraenta caußare physice Gratiam per potentiam obedientialem extrinsecè elevatam. Ita Suarez, Bellarmine.

593. Itaque à primo ad ultimum, sicut potest Perfectio Supernaturalitatis produci ab intellectu creato, non obstante, quod intellectus careat hac perfectione, quia sufficit, quod continet aliam formalitatem inclusam in differentia actus supernaturalis, ita poterit Corpus Christi elevari ad producendam Gratiam sanctificantem, quia licet non continet formalitatem supernaturalitatis, continet tamen formalitatem *entis creati*, quæ licet comparata ad Deum sit imperficio, comparata tamen ad Chymeram, est perfectio. Et hæc de potentia obedientiali.



mynd, Bannez, & videtur in eam propendere S. Thomas q. 62. a. 1. quamvis pro quarta etiam citetur a. 4. ad. 3.

598. Quarta sententia docet, Sacraenta tantum moraliter cauſſare Gratiam quodam ſuam ſubſtantiam. Ita Canus, Ledesma, Molina, Vasquez, Conink, Lugo, Arriaga, Compton, & RR. communiter.

§. I.

Rejicitur 1. Sententia.

599. DICO 1. Non datur qualitas ſupernaturalis, elevans intrinſecè, & influens physice in Gratiam. Probat Pallavicinus Conclusio- nem. Gratia eſt quædam quæ natura ſupernaturalis, atque adeo eſt nobilissima qualitatum poſſibilium, alioquin alia nobilior agnoscenda eſt in Christo, quâ proinde poſta fuilſer in ejus anima radix Gratiae, quod nemo Theologorum ſentit: quia Gratia non eſſet in nobis prima & radicalis participatio Natura Divina, ſi alia qualitas prior inveniretur, à qua poſſet ipſa Gratia emanare: ergo illa qualitas Sacramentalis non poſſet eſſe Nobilior Gratiae: ſed neque poſſet eſſe ignobilior Gratiae, nam cauſa ignobilior non poſſet producere effectum Nobiliorum ſe. Quodſi dicas, illam qualitatem eſſe cauſam instrumen- tali Dei, & ideo poſſe eſſe imperfeſtiorem effectu, vigeſt Pallavicinus, quia ad rationem cauſæ in- ſtrumentalis requiriſt, vt agat in bonum cauſæ principalis. atqui nulla creatura agit in Bonum Dei, ſed potius vice verſa, Deus operatur in bonum creaturarum: ergo Deus non poſſet habere instrumentum physicum.

600. Confirmat argumentum. Quia li- cert accidens poſſit eſſe instrumentum ſubſtantiae in productione ſubſtantiae, quâ eſt ignobilis, atamen reſpectu alterius accidentis id eſſe non poſſet. Difſerim eſt, quia li- cert accidens ſit cauſa ſubſtantiae in uno genere, eſt tamen illius effectus in alio genere: ſcilicet in genere cauſa finalis, quæ eſt perfeſtiōnē Medijs: at verò vnum accidens (exceptis intentionalibus) non eſt cauſa finalis alterius, & ideo non poſſet eſſe ignobilior cauſa ſuō effectu qui etiam ſit accidens. Hec Pallavic.

601. Imprimis ego non perſpicio, quomo- do hęc coherent cum ejusdem Auctoris verbi, ſuprā ex eodem relatis. Dixerat enim in explicatione ſue ſententiae, quod Sacraenta ſint Instrumenta Dei, quibus Deus determinat omni- potentiā ſuam ad producendam Gratiam, non in Bonam Sacraementorum, ſed ſuſcipientis: quo- modo ergo modò dicit, nullum poſſe dari Inſtru- mentum reſpectu Dei, & omne Inſtrumentum de- bere operari in bonum Cauſa Principalis, nul- lam autem creaturam poſſe operari in bonum Dei? Ad argumentum ipsum reſponderent adver- ſarij, quod illa qualitas eſſet ignobilior Gratiae,

neque eſſet Radix illius, quia eſſet qualitas tranſi- ens, Radix autem debet ad minimum habere tantam ſtabilitatem, quantum haber fructus.

Ad illud quod addebat, vnum accidens non eſſe cauſam finalē alterius, & ideo non poſſe cauſam accidentis eſſe ignobiliorum ſuō effectu, hoc, inquam, aſſumitur pto fundamento probationis, quod adverſarij diſerit negant; dicunt enim, Gratiam eſſe cauſam finalē illius qualitatis, quæ dari non poſſet niſi in hunc finem, vt obtineatur Gratia. Hac ergo probatione, & qui- busdam alijs ſepofitjs,

602. Probat Conclusio, & rejicitur illa qualitas operativa generalibus argumentis, qui- bus tertianam ſententiam impugnabimus. Dein de contra illam ſpecialiter ſu argumentor.

Virtus cauſatativa Gratiae eſt de eſſentia Sa- cramenti, & illius quæ talis constitutiva, vt ex communi tradit Lugo diſp. 3. de Euch. f. i. n. 38. & conſtat ex definitione Sacramenti quod ſit ſignum prædictum: atqui ſi daretur hæc qualitas, non eſſet constitutiva Sacramenti: ergo Virtus Sacra- menti non conſtituit in huiusmodi qualitate. Mi- nor probatur 1. ex Sacramento Euchariftæ, quod eſt Sacramentum permanentis: adverſarij verò po- nunt hanc qualitatem tranſeuntē, & que runc primum & ſolū exiſtat, quando gratia produc- tur: vnde quando Sacramentum eſt validum & informe, non ponitur talis qualitas. Hinc pro- batur minor 2. Quia Sacramentum validum & informe eſt complexum Sacramentum, & tamen non conſtituit per hanc qualitatem: ergo hæc qualitas non eſt pars constitutiva Sacramenti. Probat 3. Quia, vt fatentur adverſarij, Deus poſſet ſupplere concurſum hujus qualitatis per concurſum extrinſecum: atqui in illo caſu eſſet totum Sacramentum, Deus autem non poſſet ſup- plere partem conſtitutivam ullius rei. Ergo &c.

603. Probat Conclusio 3. Hæc qualitas vnicè aſſeritur à ſuis auctoriſbus, quia putant eam eſſe neceſſariam, vt conſularur dignitati Sacra- mentorum in cauſanda gratia: atqui ad hoc non eſt neceſſaria: ergo nec aſſerenda. Minor pro- batur. Si hæc qualitas daretur, ideo daretur, quia debita eſſet Sacramentis ratione ſua dignitatis: ergo Sacraenta exigent illam propter ſuam dignitatem: ergo vi ſic eſſent cauſa illis qualitatis: ergo ſi Sacramentorum dignitati ſatis conſultum eſt, ſi dicatur, quod cauſent hanc qualita- tem non per physicum inſluxum, ſed per ſolam exigentiam illius, pari modo ſatis conſultum erit, ſi dicatur, quod ipsam Gratiam ſanctificantem cauſent per exigentiam illius, absque ſuperaddi- ta qualitate physicè influente.

§. II.

Rejicitur Qualitas Relativa & Exac- tiva Gratiae.

604. DICO 2. Virtus cauſatativa Sacra- mentorum non conſtituit in qualitate ſupernaturali,

turali, Metaphysicè exigente productionem Gratiae. Probatur Conclusio 1. Argumento ultimo paulò antè facto, quod contra hanc qualitatem adhuc fortius procedit. Nam Qualitas activa licet non sit necessaria ut consular dignitati Sacramentorum, servire tamen ad hoc, ut Sacra-menta possent propriè & simpliciter dici; Sanctificare physicè. nam hoc significat actionem physicam, aliquo modo procedentem ab eo, quod denominatur Sanctificare: atqui Qualitas purè exæcta Gratiae, non posset hanc denominatio-nem præstare, quia nec ipsa qualitas producere-tur physicè à Sacramentis, neque Gratia produ-cretur physicè à Qualitate: ergo major est ra-tio negandi hanc quam priorem qualitatem.

605. Probatur Conclusio 2. ad hominem. Docet enim Card. Pallavicinus, hanc qualitatem recipi in omnibus partibus Sacramenti. Infero. Ergo ipsa Qualitas non est pars constitutiva Sa-cramenti, quia supervenit toti collectioni par-tium. Sublimo. atqui virtus causativa Sacra-mentorum est constitutiva Sacramentorum: ergo Qualitas hæc non potest esse virtus Sacra-mentorum.

606. Probatur Conclusio 3. Omnis exi-gentia physica est prædicatum quoddam secun-dum, (vt sepiùs inculcat ipse Pallavicinus) supponens aliud primum, ratione cuius illi entitati bona est illa res, cuius dicitur habere exigentiam: atqui Gratia quæ datur v. g. Petro intuitu Sacra-menti, non est bona illi qualitat, utpote quæ non exsistit in ipso Petro, sed in partibus tran-suntibus Sacramenti, cum quibus & ipsa qualitas-transit: ergo non datur qualitas habens talem exigentiam.

607. Confirmatur ex P. Esparza [Stulta enim, inquit, est petitio (qualis est omnis exigen-tia) destituta omni ratione petendi: experientia enim docet, nos non impelli ad petendum ali-qui, quod ratione conditionis nostræ nullo mo-do nostra interest produci vel non produci: quis enim prudenter petat à Deo, vt in profundo terra vel maris, quod nemo mortalium vñquam perventurus est, producat maslam optiuni ari? multò minùs censenda est natura hujusmodi ap-petitiones instituere per appetitus innatos: atqui hujusmodi appetitio est illa qualitas exigens productionem Gratiae in suscipiente Sacra-mentum, ut consideranti pater.]

608. Confirmatur vñterius, inductione per alias exigentias, quæ tum à Philosopheris tum à Theologis admittuntur, in quibus semper ap-paret ratio exigendi. Pater mediante virtute fe-minali exigit produci filium: vtique patris inter-est habere filium, in quo species conservetur. Gratia sanctificans exigit in suo subiecto produci h abitus supernaturales: vtique interest Gratia, (quæ in ordine supernaturali est quasi Natura,) & etiam subiecti, cui gratia inexistit, habere suas potentias ad elicendos actus sibi & fini suo pro-portionatos, & sic de alijs exigentij. Cùm ergo

Qualitas, de qua est sermo, nullam huiusme-rationem exigendi Gratiam habeat, ut offensum est, repugnat eam dati.

§. III.

Rejicitur Elevatio extrinseca Sacra-mentorum.

609. DICO 3. Sacra-menta non elevati physice per extrinsecum concutum ad produ-cendam Gratiam. Probat Conclusio 1. Card. de Lugo hoc modo. Non omnes partes Sacra-menti, utpote successivè existentes, possunt physice influere, sed tantum ultimum terminativum: atqui si totum Sacra-mentum potius diceremur aliter influere, cùm totum reliquum non nisi moraliter concurrat: non enim illud quod pro-terit, componit vnum ens physicum, & par-tem cum ultima syllaba.

Scio, adversarios hoc argumento quin moveri, prius quia totum se fundat in modis quendam. Fatentur ergo, totum Sacra-mentum se caussam moralēm Gratiae, sed non tantum esse caussam moralēm, sed simul etiam physicam, quæ potest enti morali & artificiali tribui actio physica, etiam si tantum vna illius pars infusa, in circumstantia aliud requirant. Sic dicimus ex exercitus oppugnâssemus & expugnâssemus, tametsi forte minima pars manum admodum. Quidquid ergo sit de hoc argumento

Probatur Conclusio sufficiens ex fundi-mento generali, quod Miracula non sint aliena-dæ sine necessitate, & virgine cauſa: nulla ut-tem est virgins necessitas afferendi, Sacra-mentum assumi & elevari ad producendam Gratiam, quæ ex natura sua exigit à Deo solo producendam.

§. IV.

Proponitur verior sententia de modo quod Sacra-menta cauſant Gratiam, & illustratur Objectiones.

610. DICO 4. Sacra-menta tantum moralē influere in Gratiam, non quid conser-vatas conditiones, sed excellentiore modo, indicu-exponendo. Probatur solutione Objectionem.

Objicit P. Dicastro 1. testimonium S. Pa-lli ad Titum 3. *Salvos nos fecit per lacrimas regre-sationis & renovationis Spiritus Sancti, quem dicit in nos abunde per Iesum Christum Salvatorem nostrum.* Vnde sic argumentatur. Deus ut cauſa physica effudit Gratiam per Christum & Baptismum: at qui cauſa physica non dicitur operari per cauſam moralēm, à qua moverat ad operandum, sed potius econtra, cauſa moralis dicitur operari per cauſam physicam: ergo si Deus gratiam produc-tum per Christum & Baptismum, debet vtique cauſa moralis esse physica. Minorem probat exempli Nam ille qui ex confilio aut precepto alieni alium occidit, non dicitur illum occidere per cauſam.

causam consilientem aut præcipientem, sed econtra. Vnde etiam Deus non dicitur in executione conferte Gloriam per Merita, sed propter Merita.

611. Ad hoc argumentum imprimis responderet aliquis ex doctrina quam tradidi in 1. libro, negando quod Deus moveatur à Sacramentis ad producendam gratiam, sed quod Deus ordinat Sacra menta ad Gratiam, sicut ordinat merita ad præmium, & sicut recte dicitur per merita procurare præmium, etiam si merita non influant physicè in præmium, ita poterit dici procurare Gratiam per Sacramenta, etiam si Sacra menta non influant physicè in Gratiam. Ceterum absti nendo nunc ab hoc, aliter respondeo.

612. Imprimis quidem argumentum nimum probat, & omnibus est solvendum. Certe tum enim est, multos accipere Gratiam per baptismum non quando confertur, sed quando, remoto obice, revivisicit: tunc autem non potest esse causam physica Gratia, & tamen de tali baptismo est etiam verificandus ille textus S. Pauli: ergo quocunque modo explicabitur pro his casibus, poterit pro omnibus.

613. ¶ 2. Distinguendo minorem. Causam physica non dicitur operari per moralem à qua moverunt, si hec secundum ipsam rationem mouendi non est illius ipsius causæ physica effectus, & quidem in eum finem positus, ut moveat ad effectum physicè ponendum, transeat minor: fatus, nego minorem: atque merita Christi & Baptismi sunt effectus & beneficia Dei, & quidem in hunc finem posita, ut Deus ab illis moveretur ad gratiam nobis conferendam: ergo recte dicitur Deus per hos ipsos effectus suos nobis conferre Gratiam, etiam si merita & Baptismus tan tum moraliter influant. Falsum itaque est, quod univer sim illud, per quod Deus aliquid facere dicitur, non sit etiam id, propter quod id facere dicitur. Sic Deus verissime dicitur nobis conferre Gloriam eternam, & per nostra merita, & propter eadem nostra merita. Sic Ecclesia ferè omnes orationes & petitiones terminat his verbis: *Per Dominum nostrum &c.* quorum sensus est: *Propter merita Christi.* Ergo, nisi quis ita, ineptiat, vi dicat, Christum elevari physicè ad omnia beneficia, quæ illius intuitu nobis conferuntur, fatendum est, Deum quoque recte dici per Sacra menta conferre Gratiam, etiam si Sacra menta non elementur, ut physicè concurrant.

614. Objicitur 2. & quidem præcipue auctoritas Sanctorum Patrum, assertum, Sacra menta causare gratiam, mundare &c. qui modi loquendi videntur sonare physicum influxum. Hoc argumentum varijs modis validè retorquetur. Priesquam autem retoriones referam, placet examinare testimonium S. Ambrosij lib. 1. de Sacramentis c. 5. in quo mirè triumphant P. Di castillo & Pallavicinus, arbitrantes, non posse nisi de physica causallitate intelligi, quem tamen locum Authores nostræ sententiae non declarant,

Verba S. Patris ita se habent. [Non sanat aqua (in baptismo) nisi Spiritus S. descenderit, & aquam consecraverit.] Ecce! aqua debet consecrari, utique non aliter quam imprimendo qualitatem sanativam, hoc est productivam, vel faltem exactivam Gratia: Neque enim potest descendens Spiritus Sancti aliter intelligi, quam per operationem exercitam in aqua.

615. Auctoritas hæc non potest terrere nisi eum, qui totum caput S. Ambrosij non perlegit. Mihi sepius & attente illud perlegenti, evidens est, S. Patrem nihil de Qualitate adver sariorum dicere cogitasse. Recenset S. Pater totam historiam antiqui testamenti, de sanato Naaman à lepra per immersionem in Jordanem, deinde querit, quid hoc significet? Respondet his verbis. [Vidisti aquam: sed non omnis aqua sanat, sed aqua sanat quæ habet Gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio, aliud opus, aliud operatio. Aqua opus est, operatio Spiritus Sancti est.] Nota, quod operationem soli Spiritus Sancto tribuat. Pergit deinde, & incipit loqui de Institutione Baptismi Christi, quando Christus fuit à Joanne baptizatus in Jordane (cujus figura erat illa sanatio Naaman) [non sanat, inquit, aqua, nisi Spiritus S. descenderit, & aquam illam consecraverit, sicut legisti, quod cum Dominus Jesus Christus formam (id est ritum) baptismatis daret (hoc est institueret) &c. & ecce! quasi columba Spiritus S. descendit,] Hac S. Ambrosius: ex quibus aperè constat, de quo descendens loquatur, nempe de præterito, non de futuro, de illo scilicet in specie columba. Sensus itaque S. Patris planissimus est, quod aqua, quæ in baptismo adhibetur, non sanaret à peccato, nisi à Christo fuisse baptismus institutus, annuente Spiritu Sancto, cuius opus est Sacramentorum institutio, nam omnia beneficia specialiter Spiritui Sancto tribuuntur, & specialius illa Gratia, quæ tribuitur in Baptismo Jo. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Itaque Spiritus S. dicitur aquam consecrare tunc, quando vnâ cum Patre & Verbo Baptismum initivit, ac promisit Gratia collationem intuitu talis Cæremoniæ debito modo applicare. Hæc autem consecratio tam parum significat immutationem physicam aquæ, aut qualitatis impressionem, quam parum per ejusmodi qualitatem immutantur Ecclesiae, Altaria, Calices, Oleum, &c. quando consecrantur ritu ab Ecclesia instituto. Nunc ad retoriones veniamus.

616. Retorquetur itaque argumentum ab auctoritate Patrum desumptum 1. Sancti Patres loquuntur univer saliter & eodem modo de emundatione per baptismum, quandocumque & quomodounque ea fiat: & tamen sèpè non potest hæc emundatio fieri per physicum baptismi influxum in Gratiam: ergo si in his casibus pos sunt & debent Patres intelligi non de physica, sed tantum de morali causallitate, possunt univer sim de illa intelligi. Minor patet in Baptismo valido

Iido & informi, ac postmodum remoto obice revi-
sidente, de quo loquitur S. Augustinus lib. 3. de
bapt. c. 3. & Auctor sermonis de Passione Christi
apud Cyprianum. Quando ergo Patres tribue-
runt Sacramentum vim sanctificandi, non fuerunt
soliciti de specifico modo cauflandi, an sit phys-
icus vel moralis, sed abstraxerunt; eorum enim
institutum erat, Mysteria fidei populo explicare,
non scholasticas quæstiones definire.

617. Retorquetur 2. Scriptura & Patres
eodem modo tribuant vim cauflandi utriusque par-
ti Sacramentorum, Materiæ & Formæ, & tamen
non facilè vñquam fit, & est moraliter impossibili-
le fieri, vt vtraque pars simul & semel in eodem
instanti terminetur, adeoque simul concurrat phys-
icè, præterit in Sacramento Peccitio, vbi
confessio jam præterit quando fit Absolutio, &
in Sacramento Eucharistia &c. Si ergo Patres
quoad vnam partem possant ac debent intelligi
de sola cauflitate moralis, eodem modo pote-
runt intelligi quoad vtramque partem.

618. Responder P. Dicastillo, sufficere
quod vna pars Sacramenti physicè influat, vt to-
tum denominetur influere. Sed contrà, & hoc
bene notandum est, quando Patres loquuntur de
Baptismo, semper nominant aquam, eamque di-
cunt mundare etiam tunc, quando forma tardius
absolvitur quā ablutione: atqui hic modus lo-
quendi fōret ineptus & fallitus, si per emundatio-
nem intelligent physicam cauflitatem Gratia, &
tamen aqua secundum se non influeret physi-
cè: sicut inepit diceretur de aliqua parte exer-
citus v.g. de Legione A. quod illa physicè ceciderit
hostem, si tamen illa physicè nunquam congre-
sa fuisset, sed tantum pugna alitifuerit, alia legio-
ne manus & arma conferente: ergo si Patrum
locutiones essent intelligendæ de physicò influxu,
ex non satis defenderentur esse veræ, dicendo,
quod saltem alterutra pars Sacramentorum influat
physicè.

619. Retorquetur argumentum 3. Scriptura & Patres etiam passim dicunt, Sanguinem, Passionem & Mortem Christi nos mundare, ju-
stificare &c. utique non nisi moraliter: sic etiam
dicunt Sacramenta esse plena sanguine Christi, ex
quibus hauriantur aquæ salutis: sicut ergo hac
continentia est merè moralis, ita etiam efficien-
tia erit merè moralis. Hac retorsione pressus
Pallavicinus, posuit suam qualitatem etiam in
meritis & sanguine Christi: sed nunquid etiam
poni poterat in morte, quæ est dissolutio seu ab-
lato unioñis? & tamen dicimus etiam per mor-
tem Christi justificari.

620. Retorquetur 4. Viri sancti dicuntur
eādem phrasē patrare Miracula, dare sanitatem,
quando hæc impetrant suis meritis & precibus:
an propter eos dicemus hæc fieri per physicum co-
rundem influxum?

Retorquetur 5. Homo per peccatum & fi-
nalem impenitentiam dicitur esse caufla sua per-
ditionis: nunquid & hæc dabitur qualitas exigens

damnationem, aut physicè influens in peccato
ternas, procedens ab ipso peccato patentes?

Retorquetur 6. & ultimè. Quininde-
tres videntur quandoque satis aperte physi-
cum Sacramentum negasse, dum dicunt, so-
lum Spiritum S. ad Sacramenti exhibitorum
sanctificare, prout ex S. Ambroso resul. S. Au-
gustinus in Epist. 23. ad Bonifacium. Aqui-
quit, exhibens extrinsecus Sacramentum Genit.
& Spiritus S. operans intrinsecus beneficium Genit.
, solvens vinculum culpe, reconciliant in-
num naturæ regenerant (ita legendum est, &
non regenerans, vt vult Hugo) hominem Christi.
Ecce & S. P. tribuit generationem utriusque, vni-
litter Sacramento & Spiritu S. sed cum diffinitione
quod aqua regeneret exhibendo Sacramentum
intrinsecus, Spiritus S. vero intrinsecus operans
ipsam Gratiam.

Ad objectionem ergo respondent, S. A.
tres non tribuisse Sacramentis influxum physicum
sed abstraxisse, vt jam dictum est.

621. Objiciunt 3. Si Sacramenta in-
non agunt physicè, sed solum moraliter, con-
cedentur aliud esse quādam conditio quæ
non: sicut est denarius plumbus Regis, que-
hibito datur alicui pecunia ex voluntate Regis
atqui Sacramenta non habent se mere hec
sed melius comparantur securi respectu ambi-
vt tradit S. Thomas q. 62. a. 1. in C. regis 3.
Bernardum, dicentem in sermone de Cenit Domini:
[Sicut investitur Canonicus per hunc ob-
bas per baculum, Episcopus per annulum, iuris-
visions Gratiarum diverse sunt usitata sum-
mentis.]

R. 1. S. Thomas merito rejicit illa ex-
empli S. Bernardi, quia sunt mera signa speculatoria
potestatis collata. Nummus plumbus etiam
merum signum speculatorum Regie voluntatis
quæ deinde voluntas movere Ministrum & ad-
ministratorem pecunia, ad solvendam pecuniam
Recessè etiam S. Thomas comparat Sacramen-
tum securi, non quidem quod debet physi-
concurtere, sed cum debita proportione, quæ in
hoc consistit, quod securis, ad hoc vt deveniatur
se tanquam idoneum instrumentum, debet in
se habere quādam aptitudinem & acutitatem
scindendum. Sic ergo instrumentum moraliter
differat à mera conditione, debet in se habere
aliquam virtutem movendi cauflum principalem
ad aliquid faciendum: hanc autem habent Sacra-
menta Ecclesiæ, specialiter habentem virtutem
ex passione Christi, cuius virtus quodammodo
nobis copulatur per susceptionem Sacramentorum.
Præterea Sacramenta sunt etiam quādam actiones
Christi, significatae ab illius institutione vi suorum
suo nomine, & hanc institutionem aque sub-
ritatem includunt tanquam partem confirmationis
quæ utique est dignitas apta movere non min-
quam

quam merita, siveque plurimū differunt à puris conditionibus, sed haec in frā magis declarabuntur.

622. Objiciunt 4. Si Sacraenta nostra tantum moraliter cauſſant Gratiam, nihil planē prærogativa habent ſupra Circumſiſionem: nam ex communione opinionē, per Circumſiſionem conſerbarūt Gratia parvulis ex opere operato. Etiam hoc argumentum adverſarij ſolvendum eſt, ſi comparetur Circumſiſio cum Sacraento reuifſente, quo cauſa Baptiſmus adhuc nobilio-modo concurrit ad productionem Gratia quām Circumſiſio, & tamen non cauſſat per phyſicum influxum: ergo potest inter Circumſiſionem & noſtra Sacraenta agnoscī diſcriben in cauſſando gratiam independenter à phyſico influxu. Reſpondeſt nunc direcțe negando ſequelam, quia ad ſummuſ dici potest, quod Circumſiſio fuerit conditio, & non cauſa ſtrictiū ſumpta, juxta diſcriben paulo pōſt explicandum. Dixi: ad ſummuſ. Nam infeſtiū de hoc ipſo diſputabit, an fuerit altem conditio conduſcens ex opere operato, & hoc ipſum negabitur, ſiveque objeſſio nos non concerneret. Nunc ergo explicemus diſcriben inter Conditionem & Cauſam Moralem ſtrictiū & Theologice ſumptam.

§. V.

Explicatur diſcriben inter Cauſam Moralem, & Conditionem.

623. A Trulim in hujus rei declarationem exemplum nummi plumbei. Nunc ſuperaddemus aliud, quod proponit Card. de Lugo. Dominus mandat fervo, ut quoties audiverit cantantem gallum, deſ eleemosynam. In hoc cauſu cantus galli eſt conditio, imperium Domini eſt cauſa moralis. Quaritur in quo conſiſtat ratio Cauſae moralis, ejuſque diſferentia à mera conditione, quæ quidem videri poſſet eſſe quæſitio de nomine, ſed reverā fundatur in reali diſcribente, quod admodum ſervit ad oſtendendum, nihil derogari excellentiā Sacraentorum, ſi illis delegeatur ratio Cauſae phyſicae, & tribuatur ratio Cauſae moralis.

624. DICO itaque. Ex illis rebus, quæ obieciūt movent aliquam cauſam, ad aliquid phyſicē efficiendum, datur diſcriben in modo moventi, propter quod vnum vocatur Cauſa, alterum verō Conditio. Illud vocatur Cauſa Morale ſtrictiū loquendo, quod operantem movet ratione alicuius dignitatis & excellentiæ, in quam fertur, & c. quā quodammodo excitatur affeſtus cauſae illius que movent ad phyſicē operandum. Illud verō eſt mera conditio, quod non movet ratione huiusmodi dignitatis & excellentiæ in ſe repta, ſed ut coniunctum cum alio talem dignitatem habente, & exigente non movent, niſi quando illud alterum ſibi coniunctum habet. Quando ergo in aliquo cauſa utrumque intervenit (quod tamen non ſemper contin-

git) nempe Cauſa moralis & conditio, tunc licet neutrum ſine altero movent, hoc tamen intereft diſcriben, quod id quod eſt cauſa moralis, ideo movent ut coniunctum cum altero, quia petit non movent niſi ut ſic coniunctum, non ex defectu virtutis, ſed quia ſuā non intereft movent, niſi quando eſt alteri coniunctum, ſicut non intereft ignis calefacere, niſi sit approximatus. Econtra alterum quod eſt conditio, ideo præcile non potest movente ſine altero quod cauſam dicimus, quia Cauſa petit non movent, niſi habeat coniunctam talem conditionem, adeoque ſuam vim moventi murnat à Cauſa.

625. Hinc redditur ratio, cur Nummus plumbeus ſit mera conditio, quando movent ad dandam pecuniam, Voluntas autem Principis ſit Cauſa moralis, & idem eſt de voluntate Domini, comparata cum cantu galli. Nam in voluntate illa reſideſt Dignitas & Excellentia, excitans & impelliens ſervum: quia verō Voluntas Domini talis eſt, ut nolit a fervo attendi, niſi ponatur cantus galli, aut exhibeatur nummus plumbeus, hinc eſt, quod ſine cantu galli, aut exhibitione nummi plumbei non movent. Quodſi Princeps aliud ſignum aſſumptuſet, eodem modo illud movent, quod ſignum eſt, virtutem moventi in eſte voluntati Domini, non verō cantui aut nummo.

Declaratur vulgaribus exemplis. Præcipientis, Rogans, Confulens, ſunt cauſae morales: in ipſo enim præcepto, conſilio, precibus, reſideſt virtus excitandi voluntatem alterius ad operandum, ſeclusis alijs: quodſi verō præcipientis ipſem reſtringat ſuum præceptum ad certos cauſas & circumſtantias (idem eſt de conſiliente & rogaſte) tunc illæ circumſtantiae ſunt merae conditiones, juxta regulam traditam.

626. Nunc ad rem noſtram veniendo, & applicando Regulam Sacraentis, apparebit, Sacraenta nove legis, reſtiffimè dici Cauſas Morales. Continent enim in ſe excellentiam moventio de Deum ad producendam Gratiam, utpote actiones Christi, à Christo inſtituta, & à Ministris Christi exerceenda, nomine & auctoritate ipſius Christi, & quidem in hunc finem, ut Gratia obtineatur; adeoque dignificantur ab ipſa Inſtitutione Christi, metiisque à Christo applicatis: unde à SS. PP. dicuntur eſſe plena ſanguine Christi: ac denique ſunt quidam cultus Dei, quatenus ſunt petitiones Christi, quibus petit a Patre Cœleſti dari gratiam, ac proinde per Sacraenta colitur Deus ut auctor Gratia. Nihil ergo potest deſiderari ad rationem Cauſae moralis in ſtricta ſignificatione.

627. Hanc declarationem diſcriben in ter cauſam moralem & conditionem recipiā, eſi alijs verbis, invenio traditam in Hispania à celebriſſimo Theologo, Benedicē de Robles, professeore Cardinalis de Lugo & Arriaga, qui ſuum Magiſtrum ſecuti ſunt. Eandem tradit Eſparza hijs verbis. [Res phyſicæ & actiones exteriores, inſtudentes intrinſecē actum liberum voluntatis,

voluntatis, quoad vim inducitam & causatiam alicujus effectus, dicuntur absolute causae morales talis effectus. Sacraenta autem includunt essentialiter ac intrinsecè talem actum, atque ab eo pendent formaliter quoad esse completum Sacraenti, & vim illativam Gratiae.]

§. VI.

Vtrum Circumcisio fuerit Causa Gratiae, vel Conditionis, vel Neutrini.

628. Solutio hæc quæstio h̄c agitari occasione est
rum quæ dicta sunt, quamvis alioquin ad Scripturæ Interpretes pertineret. Serviet autem ejus resolutio ad meliorem intelligentiam eorum quæ dicta sunt, & ad nostrorum Sacraentorum commendationem.

Difficultas autem movetur ex varijs Scripturæ textibus, quibus circumcisio modò extolli, modò deprimi videtur; & quia vix apparet modus explicandi, quomodo parvuli in Circumcisione fuerint justificati, si Circumcisio nihil ex opere operato contulit.

Doctores tantum duas sententias oppositas communiter referunt: cùm tamen in quatuor distribuunt videantur.

629. Prima & valde communis sententia est, per Circumcisitionem, saltem tanquam per conditionem, fuisse parvulis collatam Gratiam ex opere operato, & sic illis circumcisitionem fuisse medium necessarium ad salutem.

630. Secunda sententia simpliciter negat hujusmodi conductientem & necessitatem. Ita post multos alias Vasquez 1. 2. d. 184. c. 3. n. 18. & c. 4. n. 36. & licet hoc loco videatur Circumcisitionem solùm excludere à ratione Causæ, quia in fine cap. quarti dicit, se in quæst. 70. S. Thomæ tractaturum, an saltem fuerint conditione necessaria, fundamenta tamen Vasquez etiam contra Conditionem procedunt, & deinde in 3. p. d. 103. n. 18. expresse iterum asserit, Circumcisitionem non fuisse parvulis necessariam, nec remedium ad salutem, & præceptum Circumcisitionis eatus solùm parentes obligant, vt infantes populo Dei aggregantur. & paulò post n. 19. sic loquitur. [Quod verò spectabat ad salutem spiritualem infantium, præsto illis esse poterat fides parentum, quæ ante Christi adventum semper pro parvulis remedium fuit.] Quæ verba cùm sint clarissima, mirum est, P. Dicastillo d. 2. n. 316. dixisse, nullum Theologum opinari, pueris Hebreis non fuisse necessariam Circumcisitionem. Eandem cum Vasquez sententiam etiam tenet Bellarminus: citatur etiam pro eadem à Card. de Lugo Aegidius Coninx a. 6. verum hic n. 146. expresse docet, fuisse saltem conditionem respectu parvulorum.

631. Tertia sententia volens declinare difficultates vtriusque extrema juxta r̄sæ sententias, procedit mediâ viâ. Docet enim, Circum-

cisionem non justificasse quidem, si formulariatur, hoc est, si considereretur prout fuit prædicta & primò instituta, quia vt sic erat tantummodo signum fæderis inter Deum & familiam humahæ, cui promittebatur ingens multiplicatio populi electi, nec quidquam pertinebat ad conservendam salutem.

De Circumcisione ergo sic accepta voluntentia intelligendos esse textus S. Pauli ad Cor. Patrum, quos pro se adducit secunda sententia. Quia verò respectu parvulorum manifestum in Circumcisitionem commutatum Sacraentum Legis naturæ, quod ante institutum Circumcisitionem adhibebatur contra peccatum originale, non Circumcisio materialiter spectata, hoc est, Sacraentum legis naturæ, habebat voluntatem maximam ad delendum peccatum originale ex opere operato; & hoc modo vult intelligendos non quibus virtutis prima sententia. Hanc sententiam tenet Card. de Lugo, & prius eam propositum Vasquez loco cit. c. 4. n. 42. & vix apparet quod differat ab hac sententia Suarez disp. s. f. 1. q. traque istarum, nisi quod Lugo eam accipit explicuerit. Lugonem sequitur P. Dicastillo: differunt tamen hi duo, quod Lugo vel illam commutationem Sacraentum Legis Naturæ Circumcisitionem, non fuisse à Deo factam aliquo præcepto, sed ex libera deputatione ipsius populi, quatenus voluit vñā eademe actione dicitur præceptis satisfacere. Econtra Suarez & Dicastillo volunt illam commutationem factam esse Deo Gen. 17. & ideo extra casum necessitatis nullo masculo infantis profuturum fuisse Sacraentum legis naturæ prout prius profuera.

632. Quartam sententiam tenet dicitur in profundè doctus & solidus Petrus de Anghelu, vt refert ejus discipulus P. Castillo à Avila, que teipfam amplexi sunt & illustrarunt Bellarminus & Espurza. Hi itaque docent, Justificacionem parvulorum fuisse affixam à Deo (etiam casum necessitatis) illi actu meritorio, quem exercet Minister voluntate executivæ, præficatione fidei in Christum, quæ hic & nunc tebat per Circumcisitionem, quæ voluntas ex suo modo tendens erat irretractabilis, quatenus non mere de futuro, sed hic & nunc, & pro hoc instanti impetravit Circumcisitionem, & per eam voluit suam fidem in Christum applicare infanti. Quod dictum est de Circumcisitione, idem dicendum de illo remedio incognito, per quod femellis, & etiam masculis in casu necessitatis applicabatur fides in Christum.

633. In hac ergo sententia Circumcisitionem secundum se præcisæ spectata, fuit iniurialis ad justificationem, & quoad hoc punctum convenit hæc sententia cum secunda. Fuit tamen vñis voluntatim sumpta, quatenus denominabantur meritoria ab actu illo interno protestativo, & acquisiti solet, Eleemosynâ redimi peccata, & acquiri vitam æternam, licet totum meritum constitutum

solō actu interno. Ratio autem hac est, quia actus internum accipitur in communi sermone per modum vnius cum actu externo, quem secum trahit, & ideo actus externus denominatur ab actu interno bonus, & meritorius illius rei, quam meretur & impetrat actus internum. Differit ergo hæc sententia à secunda solùm in hoc, quod Justificatione parvulorum tribuat actu fidei & protestatione internæ, quæ secum trahit Circumcisionem, quod secunda sententia non satis explicavit, quamvis fortassis subintelleixerit.

634. DICO, Hanc quartam sententiam videri veram. Probat 1. Quia est conformior S. Scriptura & PP. quatenus Circumcisioni negat conducedentiam ex opere operato; & præterea salvat illos loquendi modos, qui videntur patrocinari Circumcisionem. Posterior pars probabit solutione objectionum, quæ fieri solent ab anchoribus primæ sententia. Nunc autem probatur prior pars ex Ep. ad Rom. 3. & 4, 1. ad Cor. 7. ad Galat. 4. ad Coloss. 2. ad Hebr. 7. 9. & 10. quibus locis, vñ Apostolus Circumcisionem dissuaderet quibusdam Judæis ad Christum conversis, sed Circumcisionem retinere volentibus, docet, Circumcisionem aliósque ritus antiquæ legis, fuisse metas figuræ eorum, quæ jam existunt, neque per illos fuisse justificatos Hebreos, sed per fidem; sic Abraham non per Circumcisionem, sed per fidem præcedentem fuisse justificatum: *Creditit Dñs, & reputatum est illi ad Justitiam, Deinde etiam appellavit illa infirma & egena elementa. Ex quibus textibus collegunt Concilia, quod Sacraenta antiquæ legis non fuerint Causa Graue.*

635. Confirmatur 1. Cùm S. Paulus ad Rom. 2. docuisset, Justificationem tam Judæi quām Gentilis esse ex fide; postmodum c. 3. obicit tibi ipsi & replicat hoc modo. *Quid ergo amplius Judæo est, aut que vilitas Circumcisionis?* quasi diceret. Si Circumcisio secundum se spectata, non fuit remedium contra Originale, nec conducedens ad Justificationem ex opere operato, sed Justificatio contigit Judæo aquæ ac Gentili ex Fide, quid ergo prærogatiæ habuit Judæus præ Gentili intuitu Circumcisionis? Ecce! in hac objectione supponitur, Circumcisionem fuisse inutilem etiam in veteri Lege. Ad hanc replicam responderet S. Paulus longè aliter quām secundum aduersarios debebat: responderet, inquam, ad vitrumque membrum objectionis, hoc modo. Ad primum quidem de eminentia seu prærogativa Judæi supra Gentilem, his verbis. *Multum per omnem modum: primum quidem (id est potissimum) quia credita sunt illis eloquia Dei.* id est, revelationes & promissiones à Deo factæ, quasi diceret: Deus Judæis longè copiosius & familiarius communicavit & impetravit spirituales illustrations & supernaturales veritates. Ad 2. verò partem objectionis, de utilitate Circumcisionis in specie, responderet cap. 4. his verbis. *Et signum accepit Abraham Circumcisionis signaculum Justitiae fidei que*

est in præputio, ut sit Pater omnium credentium. Quasi diceret. Utilitas Circumcisionis hæc erat, quod Judæis esset signum acceptæ Justitiae per protestationem Fidei factam in Circumcisione, & promissionum quæ factæ fuerant Abraham Gen. 17. Circumcidet carnem præputij vestri, ut sit in signum fæderis inter me & vos.

636. Confirmatur 2. ex Epist. ad Hebr. 7. 18. 19, vbi S. Paulus exp̄s̄ loquitur de inutilitate legis antiquæ, pro tempore præcedente legem novam. *Reprobatio, inquit, vita præcedentis mandati propter infirmitatem ejus & inutilitatem: nil enim ad perfectum adduxit lex.* quasi diceret, (*inquit noster Cornelius à Lap.*) vis scire causam abolitionis legis? causa est legis illius infirmitas & inutilitas, quia lex illa non poterat peccata expiare, hoc est: Justificare. Lex enim tantum in rebus externis occupabatur, circa Justitiam carnis, & munditiem exteriorum, quæ coram hominibus, non autem coram Deo nos puros & sanctos efficiebat, v. g. si quis mortuum aut immundum attigilset, jubebat cum lex lavari.

637. Respondent aliqui prīmo, Sacraenta antiquæ legis ideo contemni, quia non cauſabant Gratiam physice, sed tantum moraliter. Hæc tamen responſio est manifeste insufficiens. Si enim fuisse cauſa moralis, non magis justificasset fides quām Sacraenta, quia fides etiam tantum erat cauſa moralis, & quidem remota. Atqui hoc repugnat verbis S. Pauli, qui dicit, non Circumcisionem, sed fidem justificasse. Deinde satis ineptè egisset S. Paulus in illis vilipendis apud populum, propterea quod non influxit physicè, sed tantum moraliter: sicut enim defacto simplices fideles non sunt solliciti de modo quo Sacraenta cauſant Gratiam, neque alliciuntur ad ea astimanda propter influxum physicum, ita populus ille quibus scribebat S. Paulus, non curâsset, physicè aut moraliter cauſassent. Sic, inquit Pallavicinus, licet arbor sit cauſa physica pomi, & moneta sit cauſa tantum moralis ejusdem quando emitur, in astimatione tamen humana non minoris sit moneta, quam arbor, & ideo invicem commutantur. Ratio est, quia Medium quā Medium habet totum suum pretium à bonitate finis, & à facilitate illum cauſandi physicè.

638. Respondent alij 2. Sacraenta antiqua contemni, quia erant duntaxat conditio, & non cauſa, ne quidem moralis, quia non con-tinebant aliquam dignitatem, ratione cuius possent movere ad cauſandam Gratiam, sicut continent Sacraenta nova Legis, modo superius explicato, sed potius habebant se sicut nummus plumbeus.

Verum, contrà vrgetur eodem modo. Quando enim conditio æquæ infallibiliter infert effectum, atque inferret si esset cauſa physica, tunc non est contemptibilis illi, cui tale bonum affert; id quod apto exemplo declarati potest. D. d. d. bium

biuum est apud philosophos, utrum, quando ferrum attrahitur a Magnete, Magnes sit causa physice attractiva, vel tantum conditio, ad eum modum, quo centrum dicitur esse conditio, ut lapis moveatur versus centrum. In hoc puncto quaecunque sententia vera sit, nihil auger aut minuit pretium & estimationem Magnetis: ita non fuisse efficax argumentum S. Pauli ad ingenerandum contemptum Circumcisionis, si saltem fuisse conditio, quā positā infallibiliter sequeretur nobilissimus Gratiae effectus: nam licet non esset promerita estimationem illam, quam merentur nostra Sacraenta, quia non esset dignificata meritis Christi, nec actio ejus nomine exercita, ratione effectus tamen retinuissest magnam estimationem: sicut licet Magnes sub physica consideratione plus perfectionis & estimationis haberet, si physica virtute attraheret ferrum, apud illos tamē, qui praeclē amant Magnetem propter effectum attractionis ferri, adhuc eandem haberet estimationem.

639. Respondet 3. P. Dicastillo, Concilium Florentinum (& idem diceret de S. Paulo) quando negavit Sacramentis antiqua legis caussitatem gratiæ ex opere operato, noluisse comprehendere Sacramentum Legi Natura, utpote institutum ante Legem scriptam, sed sola Sacraenta legis scriptæ, de quibus solis loquitur: atqui Circumcisio non caussabat Gratiam ut Sacramentum legis scriptæ, sed ut in se complectens Sacramentum legis Natura: ergo Circumcisio quā justificativa non comprehenditur in contemptu Sacramentorum legis antiquæ.

Sed contra bene virger Card. Pallavicinus. Doctrina Florentini desumpta est ex doctrina S. Pauli, qui de Circumcisione in specie loquitur, & sine vlla distinctione illarum formalitatum aut temporum eam vilipendit.

640. Responder 4. Card. de Lugo, Circumcisionem contemni à S. Paulo non materialiter sed formaliter consideratam, hoc est, prout fuit primariò instituta in signum faderis: sic enim erat egenum elementum: considerata vero prout successit in locum remedij Natura, & prout illud in se continebat, habebat virilitatem maximam ad delendum peccatum originale ex opere operato. Hac responso parum differt a priore, & contra eam pariter virgetur. Quomodocunque enim Circumcisio contulerit ad peccatum originale ex opere operato delendum, sive ut Sacramentum legis scriptæ formaliter, sive ut substitutum Sacramento legis Natura, non debuit S. Paulus & SS. PP. dicere, Justificationem non fuisse ex Circumcisione, sed ex Fide. Postum hoc ostendere exemplo claro. Jejunium est primariò institutum ad macerandum & refrenandum corpus: ponamus Pontificem concedere indulgentias illis, qui vna cum certa aliqua oratione exhibent aliquem cultum & actum Religionis S. Franciso; postmodum adveniente illius festo designet Pontifex pro illo cultu Jejunium in ejus

pervigilio: tunc si quis cum oratione reguli conjungeret jejunium, nemo recidere, cum Indulgentias consecutum esse, non ex ipsius sed ex oratione: atqui secundum responsum Lugonis ita dicendum esset, quia Jejunium non formaliter ut est maceratio carnis, sed materialiter, ut est substitutum in locum actus Religionis prius indeterminatè requisiti concutit ad indulgentias lucrandas; sicut Lugo dicit, parvus non ex Circumcisione, sed ex fide fuisse justificatus, quia Circumcisio substituta est in locum tertius Caremonia.

641. Quintam Responsum indicat, Conink, quod Circumcisio non habuerit etiam suam ex lege communi (neque enim prudenter adulitis, neque illis erat necessaria necessitate Medij, sed necessitate Praecepti) sed ex speciali privilegio parvulis ob summam indigentiam concessa: privilegium autem non excludit per legem generalem: sicut si quis diceret, dispositionem factam à Novitio de suis bonis ante terminum Tridentino praefixum less. 25. Decreto de Regulis, c. 16, (nempe ante duos menses prius præcedentes professionem) non valere, non diceret, licet non comprehendere Novitiatum Societatis, propter speciale privilegium ab apostolica concessum.

Sed contra 1. Esto posset hoc indolentia veritas propositionum S. Pauli, non posse habere scopus S. Pauli, qui fuit, abrogare omnino usum Circumcisionis: atqui Circumcisio remaxime adhibebatur parvulis, respectu quorum non fuisse inanis: ergo male vrsus S. Paulus estimationem Circumcisionis ex iniuritate illius ad salutem.

Contra 2. Imò si Circumcisio fuisse usum parvulis, hoc habuisse ex lege communi, et quod de lege communi debuerint parvuli ob usum circumcidere, quemadmodum etiam legis causa remedium fuit de lege communi parvulus applicatum.

642. Probatur nunc Conclusio 2. nobilitate SS. Patrum, qui simpliciter & absoluunt, Circumcisionem tantum servire & institutam esse ut signum, quo populus illi a Gentibus discerneretur, & ut recordarentur pactum inter eum Abraham. Præterea exponunt S. Paulum, sicut nos exposuimus, & tribuunt Justificationem parvolorum non Circumcisioni, sed Fidei patrum. Verba eorum videntur possunt apud Vaquez 1. 2. d. 130. c. 2. n. 7.

643. Probatur denique Conclusio nobilitate S. Thomæ, quæ tam aperta est, ut de ea non dubitare non finat. Itaque in 4. dñi. t. q. 1. a. 1. agens universum de Sacramentis veteris legis, coniicit imprimis Hugonem de S. Victore, quod docuisset, illa Sacraenta tam ut opus operari, hoc est, ut includens opus meritum, quum re ipsa operatum seu ut Sacramentum justificasse, & ut hanc opinionem contrariari dictis Sandecem P. trum, qui dicunt, quod lex erat occasio mortis, a

quantum ostendebat peccatum, & gratiam adjutri-
cem non conferebat, neque refert, inquit S. D.
virum eam directe vel indirecte conferrent. (id
est materialiter vel formaliter) Deinde conclu-
dit hoc modo. [Ideo tertia opinio communis
dicit, quod justificabat quoad opus operans per
modum meriti, non quoad opus operatum per
modum Sacramenti.]

644. Quia vero S. D. viderat, objici sibi
posse, quod actus collativus Sacramentorum, sa-
pè non esset formatus in conferentibus Sacra-
mentum, sed informis, quia existerant in peccato
mortali, ideo ponit questionem secundam, art. 1.
& querit, utrum parvuli salvarentur in fide in-
formi, utpote mortua, & ad primam objectionem
respondet. [Dicendum, quod quamvis fides sit
mortua quoad meritum de condigno, non tamen
de congruo: utrum quamvis sit mortua quoad subje-
ctum proprium, non tamen quoad objectum.]
per objectum autem intelligit Christum, qui in
actu fidei intentionaliter vivebat, & movebat
Deum ad decernendum illi actu premium, quod
de congruo merebatur, ut indicat 3. p. q. 62. a. 6.
in C.

Vtterius, cum adverteret D. Thomas, sibi
objici posse, quod ex hac doctrina sequeretur, po-
tius parvulos justificari per solum actum inter-
num, sine ullo actu externo Circumcisionis, po-
nit articulum 2. & respondet his verbis. [Circa
hac est duplex opinio, vna dicentium, quod nun-
quam sufficiebat fides sine exteriori signo, in quo
elet fidei professio &c. Sed quia non videtur
consonare verbis Gregorij (dicentis, quod sola
fides parvulus sufficiebat) ideo alij probabilius
dicunt, quod cum ad remedium originalis nulla
signa vel Sacraenta forent adhuc instituta, suffi-
ciebat professio fidei directa ad salutem parvuli in
solo motu interiori, sine ullo exteriori.] Dein-
de agens de Circumcisione q. 62. a. vlt. ad. 3. in
fine ait: quod Circumcisio sicut & alia Sacra-
menta veteris legis, erant solum signum fidei justifi-
cantis. & q. 70. a. 4. soli fidei tribuit salutem par-
volorum. & in resp. ad. 2. ait, quod sicut ante in-
stitutionem Circumcisionis sola fides Christi fu-
turi justificabat tam parvulos quam adulti, ita
etiam Circumcisione data, sed ante non require-
batur aliquod signum protestativum hujus fidei.
Hac S. Thom. Ex quibus verbis Vasquez alijque
colligunt, Opinione S. Thoma fuisse, quod
sufficeret sola fides interna pro illis, qui non po-
terant circumcidiri ob imminens periculum mor-
tis. Neque contra hanc opinionem vrgent val-
de illa quae objicit Lugo.

645. Quia vero communior est Opinio,
quod solus actus internus non sufficeret, ideo
tunc simpliciter potest, parvulos fuisse justificatos
per actum Internum, qui esset imperativus actus
externi, quo fieret protestatio Fidei, qui quidem
actus fuit communiter Circumcisio, sed in casu
necessitatis etiam alius quicunque sufficeret: &
hoc ipsum videtur agnoscere S. Thomas loco ci-
tato, vbi statim subiungit: [Probabile tamen est,
quod parentes fideles pro parvulis natis, & maxi-
mè in periculo existentibus, aliquas preces Deo
funderent, vel aliquam benedictionem illis ad-
hicerent, quod erat quoddam signaculum fidei.]

§. VII.

Solvuntur Objectiones.

646. Objicitur 1. Autoritas Innocentij III.
in cap. majores de baptismo; vbi vide-
tur Circumcisioni tribuere vim conferendi Gra-
tiam. Nam illud Gen. 17. *Anima cuius præputij
caro circumcisæ non fuerit &c.* comparat cum illo
Jo. 3. *Nisi quis renatus fuerit: unde subsumitur:*
atque ex verbis posterioribus colligit Ecclesia,
Baptismum habere vim conferendi Gratiam: ergo
Pontifex existimavit, etiam id ipsum de Circum-
cisione ex prioribus esse colligendum. Vtterius.
Pontifex declarat discrimen inter Circumcisio-
nem & Baptismum, qui illi succedit, his verbis.
[Quoniam eti originalis culpa remittebatur per
Circumcisionis Mysterium, & damnationis peri-
culum vitabatur, non tamen perveniebatur ad re-
gnum Cælorum, quod usque ad mortem Christi
fuit omnibus obseratum, sed per Sacramentum
Baptismi &c.] Ecce: quoad vim delendi pecca-
tum, nullum agnoscit discrimen, sed solum quod
Circumcisæ morientes, non statim ingressi sunt
Cælum, sicut modo Baptizati. Ad hoc optimè
responder P. Esperza, ex ipso Capituli initio con-
flare, que mens fuerit Pontificis, & quis scopus,
nimis damna hereticos, docentes, nullum
peccatum remitti posse, nisi per actum Charitatis,
elicitum ab illo cui peccatum remittitur, ac pro-
inde inutiliter baptizari infantes. Ad hunc au-
tem scopum sufficiebat definire, per baptismum
remitti peccatum, idemque præstatum fuisse in
Circumcisione: Vtrum autem ex opere operato,
an ex opere operantis Ministri, cum sit qualio
scholastica, nec voluit nec debuit quidquam defi-
nire, sicut nec voluit definire, utrum tunc in de-
letione peccati Originalis etiam fuerit infusa
Gratia, quod tunc temporis erat controversum.

647. Objicitur 2. S. Augustinus, qui plu-
ribus in locis videtur Circumcisioni tribuisse vim
delendi peccatum originale, & fuisse necessariam
necessitate Medij respectu parvolorum. Fun-
davit autem se S. Augustinus in verbis Genesij 17.
& lectione Septuaginta Interpretum, que sic habet:
*Masculus cuius præputij caro circumcisæ non fuerit
octavæ die, debilitur anima illius de populo suo.* cur
enim deleretur infans de populo morte seu nece-
corporali? ergo est intelligendum de morte spi-
rituali, ob originale peccatum, non de leuum ex
defectu Medij Necesarij. 42. 1. In editione no-
stra vulgata non habent illa duo vocabula;
octava die. Ex quibus colligebat S. Augustinus,
illam communionem parvulus esse factam. Quin
ipse Augustinus 16. de Civit. c. 17. fateretur, posse
illam

D d d 2

illum locum aliter exponi, & defacto in editione facta iussu Sixti V. aliter legitur. Vnde telle Vasquez & Bellarmine, Interpretes communiter illum locum intelligunt de adultis, quibus Deus, nisi circumcidantur, minatur penam, non quidem aeternam sed temporalem, sive mortis, sive separationis a populo Iudaico, quam debebat pati ob neglectam circumcisioinem. Verum quidquid sit de hac lite Scripturistica;

¶ 2. Transeat illum locum Genes. esse intelligentium de parvulis, & esse legendum ut volebat S. Augustinus, dico S. Augustinum esse interpretandum, sicut paulo ante Innocentium III. interpretati sumus, scopum illius fuisse, probare veritatem Baptismi parvolorum, sicut & Circumcisio, contra haereticos, requirentes actum fidei in suscipiente. In hoc sensu S. Augustinus lib. 4. de baptismo contra Donatistas c. 24. scripsit haec verba. [Cur ergo ei praeceptum est, ut omnem deinceps infansem infasculum octavo die circumcidet, qui nondum poterat forte credere, ut ei reputaretur ad Iustitiam, nisi quia & ipsum per se ipsum Sacramentum plurimum valebat?] Dico, inquam, S. Augustinum nihil voluisse statuere circa nostram questionem scholasticam: hoc enim non erat necessarium ad ipsum intentum, sed solum voluisse asserere, non fuisse opus ad delendum peccatum originale, ut esset actus fidei in suscipiente Sacramentum, sed fuisse delerum in Circumcisione, sive hoc provenerit ex opere operato, sive ex opere operatis.

648. Sulet ex eodem Augustino objici aliis locus lib. 3. contra Julianum c. 18. vbi loquens de Infantibus damnandis nisi circumcidentur, sic ait. [Explica si potes, cur merito tantam penam pleceretur, nisi ab hoc tanto Sacramento liberaretur.] vbi illa particula Tanto, videri posset exprimere vim propriam Sacramenti. Verum S. Augustinus plus noluit asserere, quam quod Circumcisio fuerit Sacramentum praecisteris astimandum ex eo capite, quod a Deo fuerit unicè designatum pro objecto & effectu illius actus meritorij, quo volebat parvulos justificari extra casum necessitatis. Ceterum S. Augustinus pro nostra sententia aperte pronuntiat in Epistola ad Hieronymum, quæ est 97. vbi dicit, Circumcisio & alia hujusmodi justificare neminem potuisse.

649. Objici posset 4. Ex nostra sententia sequi videretur, quod si Minister Circumcisio habuisset actum internum imperantem Circumcisio, & quod modum tendendi efficacissimum, sed ex defectu instrumenti aut virium non potuisset circumcisionem absolvere, adhuc puer fuisse justificatus, quia totum meritum fuisse potest. ¶ Multos cum S. Thoma sup. concedere sequelam, alios vero negare, & requirere in tali casu actum qui imperet aliud signum protestativum fidei, quæ res est incerta.

650. Objici posset 5. Ex nostra sententia sequi videretur, melioris conditionis fuisse parvu-

los Iudæorum, quam nova legis, qui per fidem sine actuali Baptismo non iustificantur. Retorquendo argumentum, nam in sententiis contraria in casu necessitatis, & respectu familiorum etiam extra casum necessitatis, scilicet remedium poterat adhiberi in veteri legi, item in nova lege requiritur determinare baptizamus. ¶ 2. Fidem internam supernaturalis valde victoriosam & captivantem intellectum & obsequium Dei, non esse per se, & ex fide rem quam sit collatio baptismi, præterea si accipiatur fides una cum actu imperante Confirmationem. Quod autem per accidentem aliter contingere posset, est divina Providentia, relinquendum, ad quam pertinuerit permittere non invenit in utero matris, ut sepe contingit, utrum conqueri potest.

CONTROVERSIA IV.

Quænam Sacraenta Characterem imprimant, & quid ille sit.

651. Character hoc loco aliud non est, quam Signum quoddam spirituale, & non sua indebole, animæ impressionem a tribus Sacramentis, Baptismo, Confirmatione, & Ordinatione, definitum est in Florentino Dec. Vn. & in T. self. 7. can. 9. cuius perpetua Traditione in Ecclesia fuisse ostendunt Controversiæ.

Prima Quæstio est, quare tandem tria Sacraenta nominata imprimant Characterem. I. Vasquez n. 18. & post eum plures alii rationant, quia haec Sacraenta non sunt reiterabilia, sicut cetera: essent autem reiterabilia, nisi imprimenter Characterem.

652. Hanc rationem & illationem significunt Lugo, Dicaiosillo, Arraga. Irreiterabilitas enim alicuius Ceremonia & ritus potestbendi consistere & intelligi sine impressione Characteris, cuius rei plura sunt exempla. Primi Toulon est irreiterabilis, nec tamen imprimat Characterem. Benedictio mulieris in primis nuptijs, non debet repeti cum transit ad secundam vez, nequatenus imprimat Characterem. Abbas fidelis fulatus & Benedictus, etiam si secundo in abbacium eligatur, non debet denuo Benedicti, neque tamen Benedictio imprimat Characterem: ergo haec Ceremonie sunt irreiterables prædictæ et libera institutione hominum, ita post secundam illa Sacraenta esse irreiterabilia ex libera Chancery institutione. Ita illi.

653. Ego tamen existimo, argumentum illationem factam à Theologis nostris contumacieticos ad probandum Characterem, non esse cile rejiciendam. Fatoe itaque, quod ex conceptu suo Irreiterabilitas alicuius Ceremonie, bene possit intelligi sine impressione Characteris, quando altunde constat, quod ex mera libera voluntate instituentis, repeti non debet: quoque non potest afferri illius textus Scripturæ, quæ

trium Sacramentorum Irreiterabilitas proabetur, & quo continetur irreiterabilitas seu prohibitus reiterationis: cum ergo etiam secundum hereticos illa Sacraenta sint irreiterabilia, debet hac irreiterabilitas fundari in aliqua traditione: hac autem non erit alia, quam illa ipsa, quae probatur Character: ergo saltem hac ratione bene infertur Characteris existentia ex irreiterabilitate Sacramentorum.

Est autem hoc illatio à posteriori. Concilium Tridentinum è converto, & quasi à priori intulit irreiterabilitatem ex imprellione Characteris, dicit enim: hæc tria Sacraenta imprimere Characterem indelebilem, vnde & iterari non possunt. Quæ consequentia fundatur in eo, quod Character semper creditus sit esse signum potestatis alicujus seu munieris irrevocabiliter collati à Deo: atqui non potest esse signum falsum, vppote signum Supernaturale: ergo ex Charactere semel collato bene infertur, non posse potestatem collatam tolli, & per iterationem Sacraenta restituiri.

654. DICO præterea 1. Ultra liberam voluntatem Inſtituentis, non potest melior ratio à priori vel congruentia assignari, quare hæc tria, & nullum aliud imprimat Characterem, quam illa, quæ desumpta videtur ex V Valdeni to. 2. de Sacram. c. 110. eamque indicavit S. Thomas q. 61. a. 6. Est autem hæc, quod in illis tribus Sacraenta fiat specialis deputatio homini ad speciale Munus & Officium, ac certas functiones spirituales exercendas, quibus promoveatur cultus Dei, ad quas alij carentes Characterem non sunt ita specialiter deputati: sicut in militia & aulis Principum, certis quibusdam signis discernuntur diversi officiales. Itaque in Baptismo datur Character quo quis in familiam Christi adoptatur, & quasi generali libere Christi induitur, accipitque Jus & potestatem alia quoque Sacraenta recipiendi, faciendoque ea quæ specialiter decent Christianum. In Confirmationis Sacramento datur Character militaris, quo quis ex familia aſſumitur in Militem, cuius speciale manus sit fortior etiam exterius pro fide Christi pugnare, constanteque eam coram hostibus fidei profitendo, cultum Deo debitum tueri. In Sacramento Ordinis datur Character, quo designatus quasi in Ducem aut vnum ex Magistratu, qui tanquam Minister Christi specialiter ea, quæ ad supremum cultum & populi gubernationem pertinent, dona, id est Sacraenta fidelibus dispensat &c. idque secundum diversos ordinum gradus.

Hinc redditur ratio, quare non imprimat Characterem Extrema Vnctio: nam licet hæc etiam iterari intra eundem morbum non possit, & præterea etiam det robur pugnandi: attamen præterquam quod in alio morbo iterari possit, non præter speciale robur & potestatem pugnandi pro fide Christi & cultu Dei, sed pro anima alicuius privati: adeoque non deputat ad certum officium & manus in familia Christi.

655. Quæritur 2. Vtrum Character sit Ens physicum, inhaerens physicæ animæ, vel potius sit tantum Ens Morale, seu denominatione extrinseca, sicut est prima Tonifura, Doctoratus, Licentiatu, dignitas Prætoris, Consulitis &c. Affirmavit hoc posterius Durandus, à quo non videtur multum differre Scotus, vt ostendit Vasquez. Imò Dominicus Sotus videtur totus in eam abire: nam quamvis putet, se ei moderamen adhibere, illud tamen necio quale sit, dum ait, Characterem esse qualitatem secundæ speciei, non distinctam tamen ab Essentia animæ secundum rem, sed ratione solum.

656. Dicendum est 2. Characterem esse Ens physicum, physicæ inhaerens anima. Ita cæteri Theologici cum S. Thoma, adeo vt teste P. Eſparzæ, post Canones Conciliorum sententia Durandi non sit tuta in fide, quidquid eximere ab omni censura contentur Vasquez & Arriaga. Probatur. Niſi enim hæc sit Mens Concilij Tridentini, dum afferit, ea Sacraenta characterem imprimere indelebilem, tunc ejus definitio nihil facit contra hereticos, contra quos Canonem illum constituit. Heretici enim negarunt Characterem in eo sensu, quo illum Scholastici tunc temporis defenduntur. Neque enim negant heretici denominationem extrinsecam provenientem à baptismo, & quidem non iterabilem.

657. Confirmatur. Concil. Tridentinum sess. 23. c. 4. probat contra hereticos, eos qui femeſi Presbyteratus ordinem acceperunt, non posse amplius Laicos fieri, ex eo, quod fuerit impressus Character: his verbis. [Quoniam vero in Sacramento Ordinis, sicut & in Baptismo & Confirmatione, Character imprimitur, qui nec deleri nec auferri potest, merito S. Synodus damnat eorum sententiam, qui allérunt, novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestalem habere, & semel ritè ordinatos iterum Laicos offici posse, si Verbi Dei Ministerium non exercent.] Hæc Concilij illatio esset inepta, si Character esset mera denominatione extrinseca, nempe sicut est officium Consulitis aut Prætoris: ex hujusmodi enim denominatione extrinseca quæ semel alieni convenit, non potest inferti, quod non posuit illa denominatione cessare. Verum quidem est, quod nunquam posuit verificari, tamē denominationem nunquam convenisse: sed hoc nihil est ad rem: quia heretici tam stolidi non erant vt, dicarent, posse de eo qui semel fuit Sacerdos, verificari, quod nunquam fuerit Sacerdos.

Confirmatur 2. Cū PP. Concilij beneſcirent, communem DD. sententiam esse fundatam in perpetua traditione, quod Character sit accidens physicum animæ inhaerens, debuiller in sua definitione monere, quod ab hac Scholastica quæſitione abſtraheret, niſi voluisset secundum illam doctrinam definire, ne alioquin pronom erandi occasionem præberet, & judicandi de Charactere, prout defacto à DD. judicatur.

Ddd 3

Confir-

Confirmatur 3. Quia verba Conciliorum sunt accipienda in sensu proprio, quando materia subiecta id patitur: atque character in sensu proprio significat aliquid physicum, & nullum est inconveniens dari characterem physicum, spiritualem &c, ergo sicut Concilia intelliguntur de entitate spirituali physica, quando dicunt infundi Gratiam, Charitatem &c. ita etiam de Charactere intelligenda sunt.

658. Objicies. Entia non sunt multiplicanda sine necessitate: atque nulla est necessitas afferendi & multiplicandi tale Ens physicum. Non quidem est necessarium ad defendendam irreterabilitatem Sacramentorum, nam exemplis supra allatis patet, posse Ceremoniam irreterabilem institui absque Charactere: non etiam est necessarium, ut illi qui sunt Baptizati, Confirmati, Ordinati, cognoscantur ab aliis esse tales: nemus enim nostrum vider alterius Characterem: neque te prodit in aliquo effectu sensibili: sed sicut ex aliis actionibus cognoscimus Doctorem &c. ita etiam cognoscimus baptizatos.

¶. Hoc argumentum aequivocare. Aliud est querere, an fuerit necessarium, ut Sacraenta imprimerent physicum Characterem, & aliud est querere, an supposita traditione & verbis Conciliorum, sit necessitas dicendi, Characterem physicum imprimi. De primo non disputamus. sit ita, quod non fuerit necessitas, satis est quod Deo ita placuerit & conveniens fuerit, habeatque magnam utilitatem, quia cedit in gloriam & ornatum Beatorum, & in confusionem Damnatorum. Deinde licet non cognoscatur a nobis in via, cognoscitur tamen ab Angelis, quod SS. PP. magni faciunt. S. Basilius in exhortatione ad baptismum sic loquitur. [Nisi Characterem in te agnoscat Angelus, quonam modo pro te pugnabit, ab inimicis vindicabit?] Quoad secundum, jam apparuit necessitas afferendi in probatione Conclusionis.

659. Quæritur 3. Vtrum Character sit signum merè ad placitum, vel potius naturale. P. Arriaga post alios censet, esse merè ad placitum, nempe esse ornatum animæ, sed ex se indifferenter, ut sit vel non sit signum, sicut est hedera, ac proinde esse a Deo ad libitum assumptum ad significandam potestatem per Sacramentum collatum.

DICO tamen 3. Characterem esse signum Naturale. Probatur 1. quia a SS. PP. vocatur figura, effigies, imago, lumen: atque signa ad placitum talia non vocantur. Probatur 2. In sententia contraria non potest reddi commoda ratio, cur Character non fuerit in anima Christi, quam vixique decebat habere omnem ornatum, quem alijs suis fidelibus per merita sua communicat. Econtra in sententia nostra, afferente esse Signum Naturale potestatis ministerialis, facile redditur ratio cum Altisiodorensi, nimurum, quia esset signum falsum in Christo, utpote qui per nullum Sacramentum accepit potestatem Ministeri-

rialem: cætera vero quæ Character posse signare, sufficienter significantur per visionem propria. Denique in sententia contraria possunt Angeli discernere Sacerdotem a non sacerdote &c. quia etiæ videant ornatum, aeternam tamen assumptionem non vident.

660. Restat solummodo declarandum, quonam consistat haec ratio Signi Naturæ. In qua re sunt duas sententias, amba probabiles. Prior est P. Esparta, qui docet, Character est speciem impressam, cuius officium sit, concurre loco objecti ut imago illius, minima in Sacramenti exhibiti. Verum, quia species impressa primari datur, ut servia illi intellectus in quo recipitur, Character autem videatur primari esse signum alijs, & præterea quia ratio hæc impressæ non inferret irreterabilitatem Sacramenti, cum posse intendi vel multiplicari, illa est Secunda Sententia, mihi probabilius, quia Character sit quædam obiectiva similitudo & quæ figura, in qua tanquam in Medio cognoscatur Sacramentum & potestas Ministerialis perpetua ac stabilis, hoc est, tamdiu durans, quæ datur ipse Character, qui, ut jam vidimus, ex Natura sua perpetuus. Ita videatur sententia. Salas 1. 2. 2. dñp. 8. f. 3. a. n. 6.

661. Quæritur 4. An Character sit Naturæ sua indelebilis, vel solum ex Dei ordinacione & Decreto.

Dicendum 4. Esse ex Natura sua indelebilis. Ratio, quia producitur a Deo, & ait deum exigit conservari, cui nullum agens potest resistere; & insuper character nullum habet contrarium, a quo formaliter expellatur, sicut figura expellitur calore. Ac denique nullus appetit nisi propter quem definat conservari, quæsionis finis est in impulsu aut speciebus sensuum, quæ multorum sententia sine illo contraria permanunt ad tempus conservari.

662. Dices 1. Gratia sanctificans est nobilior Character, & tamen destruitur per peccatum: ergo & Character naturaliter definit potest. ¶. Negando Consequentiam & paratiem: quia peccatum est contrarium Gratiae: nullum auctoratur contrarium Characteris.

Replicabis. Quin inquit etiam Character sit contrarium, nempe voluntatem non faciendi Sacramentum: & a negatione hujus voluntatis pendet character in fieri: ergo etiam voluntatis hujusmodi voluntate poterit character deleri. ¶. Negando, vel distinguendo antecedens: pendet Mediatae, concedo. Immediate nego. Character enim non ratione sui proprii ponit negationem illius voluntatis, sed ratione Sacramenti, quod esset penitus nullum, si illius voluntas non recipiendi Sacramentum. Poterit autem Sacramentum semel est validè collatum, non potest amplius fieri, ut non fuerit collatum: cum ergo Character tantum supponat hoc quod est, Sacramentum fuisse validum, non potest illa retractatio esse contraria Characteri.